Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio Tertia, De Philosophiae Fine, Mediis & Vsu, Ad Dvctvm Clementis Alexandrini Adornata : Præmissa libri II Strom. Analysi

Halæ Magdebvrgicæ: Literis Christiani Henckelii, [1706]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

a.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0001
DFG

~~108~~

110.

Fa – 1092 (110.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0003
DFG

G

F

LE

DISSERTATIO TERTIA,
De
PHILOSOPHIAE
FINE, MEDIIS & VSU,
AD DVCTVM
CLEMENTIS
ALEXANDRINI
ADORNATA,
Præmissa libri II Strom. Analysi:

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBVRGICO, AC DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE, CETERA,
PRÆSIDE
IOANNE TRIBBECHOVIO,
PROF. PHIL. PVBL. EXTRAORD. & FAC. TH. ADJ.
publicæ disquisitioni exponit
RESPONDENS
Io. Frider. Christoph. Hahn,
Bergensis Magdeb.
D. XVIII. Dec. CIↃ IↃ CCVI.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Literis Christiani Henckelii, Acad. Typogr.

tt

DISSERTATIO TERTIA

DE

PHILOSOPHIAE FINE, MEDIIS & USU,

AD DYCTUM

CLEMENTIS ALEXANDRINI

ADORNATA,

Pro[illegible] Friderici II. Stipend. Anno [illegible]

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN. DENBURGICO, ACDVCATV SMAGDEB. CV. BERNATORE, CETERA,

PRAESIDE

IOANNE TRIBBECHOVIO,

PROF. PHIL. PVBL. EXTRAORD. & FAC. TH. ADI. [illegible]

publice defendet [illegible]

RESPONDENS

Io. FRIDER. CHRISTOPH. HAHN,

Hermunduro-Saxo.

D. XVIII. Dec. [illegible]

HALAE MAGDEBVRGICAE,

Literis Christiani Henckelii, Acad. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0006
DFG

PERILLVSTRIBVS,
GENEROSISSIMIS, ATQVE
AMPLISSIMIS
MAGDEBVRGICAE
PROVINCIAE
ORDINIBVS,

Dominis ac Patronis ſuis
Gratioſisſimis,

Vitam & felicitatem.

TAndem aliquando præſtandum erat, VIRI PERILLVSTRES quod diu debui, ſæpius volui, ſed nondum perſoluere potui officium; cum nec vnquam ingratus cum pietate animus commiſceatur, neque in virtutis ſtudium acceptorum admittatur beneficiorum obliuio. Meditanti nimirum, qui eam, quam PERILLVSTRES PROVINCIAE MAGDEBVRGICAE ORDINES in me contulerunt beneuolentiam, terſe, & ſine vllo verborum fuco explicatam, publice teſtarer, de conſecranda PERILLVSTRIBVS NOMINIBVS VESTRIS diſſertatione incidit conſilium. Indignum quippe videbatur, eam aliis quam VOBIS quibus me totum debeo, ſacram propriamque offerre, quod VESTRIS auſpiciis beneficiisque, quibus fruor, perſequendi ſapientiam, fortaſſe etiam aſſequendi conceditur facultas: Aeris circumfuſi temperies terræ elicit fertilitatem: & illa, quæ a VOBIS in me redundauit benignitas, nouum quotidie excitat ardorem, vt ſuſceptum ſemel ſtudiorum

ando præſtan-
I PERILLVSTRES
ui, ſæpius vo-
perſoluere po-
m nec vnquam
pietate animus
ıdium accepto-
bliuio. Medi-
ERILLVSTRES
AE ORDINES
n, terſe, & ſine
ublice teſtarer,
BVS NOMINI-
dit conſilium,
liis quam VOBIS
n propriamque
neficiisque, qui-
, fortaſſe etiam
eris circumfuſi
: & illa, quæ a
s, nouum quo-
m ſemel ſtudio-
rum

rum iter alacriter pergam, nulla me aut moleſtia remorante, aut abſtrahente laborum difficultate. Quare igitur eo procedam audaciæ, vt diſputationem hanc VOBIS, Patroni Suſpiciendi, inſcribam, non adeo procul arceſſendum eſſe arbitror. Etenim ſi Hermogenes Dionyſio, cui tamen nihil acceptum referebat, libros ſuos, & quæcunque ex felici ingenio profluebant, tradidit, quanto maiori iure VOBIS ego gratæ mentis teſtimonium ſiſtam, quem tot circumſtant beneficia, tot vrgent & compellunt rationes. Quo enim in compendium mittam vniuerſa, paucis multa, vnoque commemorato omnia complectar, mirifica eſt VESTRA in me benignitas, quam in Fridericiana, dum Magdeburgicis me annumeraſtis alumnis, quotidie ita experior, vt verear, vt hoc quod dico, nec perinde exponat, atque ego cogitans ſentio, neque ita ſentiam, vt volo & debeo. Concedite ergo, VIRI PERILLVSTRES AC GENEROSISSIMI, vt hic Muſarum mearum fœtus,

publicum conſtituat meæ in VOS obſeruantiæ monumentum. Id quo fieri poteſt ſubmiſſo animi cultu Deum obteſtor, vt quos hucusque feliciſſime Magdeburgicis rebus præeſſe voluit, eos omni felicitatis lætitiæque genere perfundat, communi omnium ſaluti quam diutiſſime ſeruet, VESTRO denique VESTRORVMQVE ſplendori perpetuitatem addat & conſtantiam.

PERILLVSTRIVM NOMINVM
VESTRORVM

cultor deuotiſſimus

I. F. C. HAHN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0010
DFG

s obſeruantiæ
teſt ſubmiſſo
uos hucusque
ræeſſe voluit,
ere perfundat,
liutiſſime ſer-
MQVE ſplen-
antiam.

MINVM

euotiſſimus

HAHN.

PRAEFATIO.

PRæſtamus hic, L. B., quod antea promiſimus. Prodit enim hæc *tertia* diſſertatio, ad ductum Clementis Alexandrini, *de Fine, Mediis & vſu Philoſophiæ*, cum proxime præcedenti, quæ erat *de Definitione ac Diuiſione* eiusdem, arcte connexa. Methodo eadem, qua in ſuperiori, vſi ſumus, vt collectis, quæ apud Clementem diſperſa occurrunt, inque bonum ordinem relatis, additis ſubinde explicationibus & illuſtrationibus, ex Pythagoreis potiſſimum Philoſophis, mens noſtri Auctoris eo dilucidius conſtaret, atque vſus inde aliquis a ſtudioſa præcipue iuuentute perciperetur; ſi talia apud ethnicos quoque extare obſeruauerit, quæ plane chriſtiana eſſe videntur. Ne vero, quod facile fieri p o-

eſt

eſt, ſimplices & incauti animi externa dogmatum ſpecie auferantur, diſcrimen inter vtrumque doctrinæ habitum, gentilis ſcil. & chriſtianæ, oſtendimus: quodque Chriſtianos, maiori luce gaudentes, quod ad negotium ſalutis attinet, nequaquam ad gentiles diſcendi gratia, ſed hos ad illos accedere oporteat; præſertim cum optima, quæ habent inſtituta & morum regulas, maximam partem reuelatæ legi debeant. Scopus noſter hoc in negotio non alius fuit, quam integros Clementis ſenſus exhibere de Philoſophia, Patremque, vbi opus erat, ſimul defendere aduerſus ſiniſtras aliorum opiniones, quod hic ſub finem potiſſimum fecimus: idque nec inutile nec ingratum multis fore arbitramur. In gratiam lectorum præmiſſa eſt *Analyſis libri II. Stromatum ex Apparatu ad Bibliothecam PP. Cl. Nurrii*, vt φιλέλληνες in lectione huius Patris ſubobſcuri eo melius poſſint progredi. Vbi monemus, paginas in margine poſitas reſpondere editioni nouæ Colonienſi, noſtras autem, quas citamus, Commelianæ Sylburgii, anno cIↃ IↃ XCII impreſſæ.

Vale B. L. & hiſce æquo animo vtere.

erna dogma-
inter vtrum-
l. & chriſtia-
anos, maiori
m ſalutis atti-
ndi gratia, ſed
ræſertim cum
morum regu-
debeant. Sco-
us fuit, quam
re de Philoſo-
mul defende-
niones, quod
idque nec in-
bitramur. In
lyſis libri II. Stro-
Nurrii, vt φιλέλ-
curi eo melius
aginas in mar-
nouæ Coloni-
Commelianæ
impreſſæ.
animo

ANALYSIS
Libri II. Stromatum.

QVid Clemens deinde tractaturus ſit, ab ipſo huiusce libri exordio breuiter explicat. Ait enim ſibi eſſe demonſtrandum græcos homines ex ſacris ſcriptoribus noſtris, non ea ſolum, quæ præter fidem, & admiratione digna habentur, eſſe imitatos: verum præcipua quoque expilaſſe & diripuiſſe eorum dogmata de fide, de ſapientia, de gnoſi (γνώσεως) & ſcientia, de ſpe & caritate, de pœnitentia & continentia, & de Dei timore; atque omnia ſibi eſſe enucleanda, quæcunque illius, in quo verſabitur, loci commentatio poſtulabit. Addit autem ſe imprimis diſputaturum de occulto, ſymbolico, & ænigmatico barbaræ ſeu hebraicæ philoſophiæ diſcendi genere; quod quidem quia veteres alii philoſophi ſectati ſunt, idcirco vtiliſſimum eſt & ſcitu maxime neceſſarium. p. 358.

Poſthæc vero declarat ſe Græcorum obiectionibus & conuiciis, quibus nos inſectabantur, ita reſponſurum, vt paucis quibusdam ſacræ Scripturæ teſtimoniis in medium prolatis, Iudæi ex iis, quæ credunt, ad Chriſtum conuerti poſſint. p. 359.

Ea porro perfectæ caritatis lenitate & manſuetudine dicit ſe

noua Græcorum placita esse confutaturum, qua illi non aliquo sine rubore ex philosophia nostra intelligant, quam vanæ sint eæ disciplinæ, quarum gratia tam longas peregrinationes susceperant, & quam inepte de suis dogmatibus, quæ ex nostris auctoribus furati fuerant, gloriarentur. Spondet denique se cursim ostensurum, quam inutilis sit earum, quas stulte & insulse venditabant, disciplinarum, astrologiæ, mathematicæ, magicæ incantationis & aliarum encyclopedia.

Hæc porro tanti ponderis & momenti argumenta stylo plane simplici, nullisque, quibus nunquam studuit, eloquentiæ floribus & lenociniis a se pertractanda esse ingenue profitetur. Qui enim dictionum inhærent ornatui,
p. 360. hos res ipsas effugere, cum triplici comparatione, tum Hermæ & Salomonis testimonio aperte comprobat.

Quibus ita præfatis, Clemens argumentum suum adgressus, ex pluribus sapientiæ viis, duas esse adserit, fidem scilicet, qua diuinæ prouidentiæ non reluctari, & Dei timorem, quo peccatum declinare edocemur. Et hæc quidem cum a barbara, quam sequimur, philosophia discamus, hinc illam Clemens veram & perfectam esse ostendit. Postquam enimvero recta institutione fuerit exercitata, nos a rerum corporearum cognitione ad ipsiusmet Dei euehit scientiam. Verum quia infinita est inter Deum ingenitum & hominem genitum distantia, ipse Deus ad hominem accedit; ita tamen vt talis ab illo, qualis est, cognosci nequeat. Quamobrem veritas in Scripturæ sacræ latebris adhuc delitescens, nondum nobis plane comperta est. Iure ergo merito illi laudandi sunt, qui in ea inuenienda operam suam collocant. Sed nulli sane infideli arcana religionis nostræ mysteria sunt pate-
p. 361, 362. facienda, quæ sine fide percipere nemo vnquam poterit.

Ad inchoatum itaque de fide sermonem inde delapsus, refert quasdam illius ex Apostolo atque etiam ex aliis definitiones. Fides autem, inquit ille, quæ principium actionis, & prudentis electionis fundamentum est, meditatione fit scientia, ac certissimas ex Scriptura sacra de Deo, earundem scri-

rum, qua illi non ali-
telligant, quam vanæ
ngas peregrinationes
ogmatibus, quæ ex no-
ntur. Spondet deni-
sit earum, quas stul-
, astrologiæ, mathe-
n encyclopedia.
& momenti argu-
quibus nunquam stu-
a se pertractanda esse
um inhærent ornatui,
aratione, tum Hermæ
bat.
gumentum suum ad-
as esse adserit, fidem
eluctari, & Dei timo-
ur. Et hæc quidem
ophia discamus, hinc
ostendit. Postquam
rcitata, nos a rerum
Dei euehit scientiam.
genitum & hominem
m accedit; ita tamen
queat. Quamobrem
uc delitescens, non-
go merito illi laudan-
uam collocant. Sed
e mysteria sunt pate-
nquam poterit.
nonem inde delapsus,
e etiam ex aliis defini-
principium actionis,
est, meditatione fit
de Deo, earundem
scri-

Scripturarum auctore, demonstrationes colligit. Contra Basi- p. 361.
lidianos vero, qui fidem nobis a natura & secundum natura-
les vniuscujusque dispositiones insitam garriebant; ac contra
Valentinianos, qui simplicium, hoc est Orthodoxorum, non
vero perfectorum suorum sectatorum fidem esse iactitabant,
Clemens variis probat argumentis eam in libera nostra ele- p. 364.
ctione ita esse positam; vt Dei tamen sit donum. Dehinc ille
explicat, quomodo per eam ex iis, quæ demonstrari nequeant, ad id quod plane est simplex, & omni prorsus materiæ
expers, hoc est, ad diuinæ naturæ cognitionem perducamur.
Atque ibi incredulos seu ethnicos philosophos obiter casti- p. 365.
gat, qui nihil omnino nisi materia compositum, exstare perperam existimabant. Porro autem quicquid spirituale est, hoc
Clemens docet sola fide & intelligentia comprehendi. Fidem itaque, quam coniectura nequidquam imitari conatur,
scientiæ præstare, & illius esse iudicem, ipsomet etiam Aristotelis testimonio concludit. Subinde vero luculenter ipse
exponit, quæ fuerit Epicuri & Heracliti de fide sententia, ac p. 366.
virum ea præditum, quippe qui sit veritatis particeps, a Platone atque etiam a Speusippo & Stoicis beatum, regalem, legemque animatam recte appellari.

At, pergit Auctor noster, qui legem implet, is ipse p. 367.
quemadmodum olim Lacedæmoniorum scytalæ, in excelso
ligno inscriptus, diuinæ virtutis est exemplar, & ipse, utpote qui solus sapiens sit, cuncta possidet. Hæc autem omnia græci
illi homines hauserunt ex Mose qui non sicut Minos cum Ioue,
sed cum ipsomet Deo, non secus atque amicus cum
amico loquebatur. Is autem sapiens quidem, rex & legislator fuit; sed illo præstabilior erat servator noster, qui su-
pra omnes pulcher & diues, ipse rex a pueris & Iudæis
renuntiatus, prædictusque a prophetis, solus pontifex, rex p. 368.
maximus, & legislator, cuius pater solus Deus est, Pla-
tonem porro hisce dogmatibus subscripsisse ipsiusmet euincit verbis, quibus ille sapientem solum esse diuitem, liberum,
pulcrum & regem constanter adseuerat,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0015
DFG

p.369. Ad interruptam de fide orationem inde Clemens reuerſus, eiusdem Platonis teſtimonio probat, fidem tam in bello, quam in pace atque etiam rebus in omnibus eſſe plane neceſſariam. Et hæc quidem virtutum maxima a Salomone ſapientia, & a Xenocrate primarum cauſarum ſcientia dicitur. Quamuis autem illa, quæ fide habetur ſcientia, non ſit proprie dicta demonſtratio; nihilo tamen minus aſſenſus ei præberi debet. Nam ſi Pythagoræ magiſtro dicenti credendum eſſe contendunt, numquid æquum eſt, fidem quæ ex auditu tantum oritur, ſeruatori Deo non habere, & ab
p.370. eo dictorum ſuorum exigere probationes? Et vero ubi prædicantes apoſtolos audimus, tunc fides ad Dei verbum & filium nos quidem attollit, ſed nondum intelligimus hoc verbum eſſe demonſtrationem. Ne quis porro fidem in poteſtate ſua eſſe negando, ignorantiæ excuſationem adferret, planum Clemens facit, omnes a Deo eſſe vocatos, atque ideo poſſe fidem aſſequi. Qui itaque Deo vocanti credunt, moremque gerunt, hi peccatorum ſuorum ea ducuntur pœni-
p. 371. tentia, quæ & ipſa fidei officium eſt.

Perſpicuum quoque Clemens noſter facit ex eadem fide conſiſtere ſpem, quæ eſt boni adquirendi exſpectatio. Quia autem hæc exſpectatio fidelis eſſe debet, ipſe enucleatius ediſſerit, quid ſit fidelis & infidelitas, quid fides ab opinione plane diſcrepans, quid exſpectatio & fiducia. Ex quibus poſtea colligit, nos fiduciam in ſolo habere Deo: *Quem ſcimus non transgreſſurum ea, quæ ſunt nobis pulcre promiſſa & ideo creata & ab ipſo benevole nobis data.* Quid ſit autem be-
p. 372. neuolentia, ibidem ille exponit, docetque, ſi credenti Abrahæ *reputatum eſt ad iuſtitiam*, nobis, qui Iſraelitæ & Abrahæ ſemen ſumus, eſſe credendum. Etenim vetus nouumque Teſtamentum ab uno eodemque Deo per filium eius traditum eſt. Qua propter iuſtitia Dei, ut ait Apoſtolus, ex fide in fidem patefacta, ex prophetia manauit, & in Evangelio perficitur.

Fides itaque non eſt humanum, inquit Clemens, ſed

sed divinum aliquid, quod nec mundana amicitia diuellitur, nec præsente timore dissoluitur. Ea enim caritatis cum fide est connexio; ut illa τῇ πρὸς τὴν πίστιν φιλίᾳ fideles faciat, hæc vero illius sit basis & fundamentum. Quod quidem his gradibus fieri sic ille demonstrat. Prima, inquit, p. 373. ad salutem inclinatio fides apparet. Deinde timor, spes & pœnitentia cum continentia & tolerantia proficientes, nos ad caritatem cognitionemque γνῶσιν perducunt. Barnabæ porro auctoritate isthæc stabilit, sciteque comprobat, atque inde fidem veritatis basin esse concludit.

Posthæc vero contra eos, qui timorem respuebant, legemque omnino adspernabantur, sic disputat. Qui legem reiicit, is Deum illius auctorem plane despiciens sine timore impius & iniquus, ab ipsa veritate penitus abhorret. Verum timor, inquiebant, est declinatio a ratione, & animi perturbatio. Sed hanc falsam esse timoris definitionem inde probat Clemens, quod præceptum prævaricanti timorem incu- p. 374. tiens, rationi consentaneum sit. Quod si instent hunc timorem, a philosophis cautionem εὐλάβειαν appellari; Ex Critolao ille respondet, bonam esse illam cautionem. Quid vero, quod Salomone attestante, timor Domini est sapientiæ initium? Lex itaque si timorem adferat, ipsius cognitio est quoque initium sapientiæ, atque id circo illi prorsus insipientes atque impii sunt, qui legem recusant.

Quibus ita stabilitis & adsertis, docet Clemens, timenda esse vitia omnia; quia iure merito lege prohibentur. Quam- p. 375. obrem hæreticos corripit, qui ex his Apostoli verbis: *Per legem cognitio peccati*, illam malam esse inferebant. Nam ibi Apostolus nihil sibi vult aliud, nisi per legem peccati nobis cognitionem manifestam fieri. Ex quo vero genuinoque Apostolicorum verborum sensu, haud plane incerta Ezechielis Barnabæque auctoritate firmato, colligit bonam esse legem; utpote quæ nos erudiat, castiget ac per timorem nos ad Christum dirigat adducatque. Deinde vero varias absurdasque aberrantium Basilidis & Valentini sectatorum deliriones explodit. Marcionitas quoque refellit, qui re-

 iecto

iecto etiam Dei metu, legem neque bonam, neque malam,
p. 376. ſed juſtam duntaxat eſſe, ſomniauerant. Metum enim non ſecus ac legem bonum reuera eſſe probat, oſtenditque nos Dei timore non modo ad ſpem, ſed etiam ad Dei ipſius at-
p. 378. que etiam proximi caritatem perduci. Ibi porro Clemens de hoſpitalitate & humanitate, illius ſociis & comitibus pauca quædam perſtringit, additque Iudæos, utpote fide & caritate orbatos, atque idcirco a Deo reiectos gentium voca-
p. 379 tioni dediſſe locum. Nos tamen Hermæ teſtimonio commonefacit non omnes quidem Iudæos & gentiles reprobatos, ſed eos tantum, qui peccatorum non agunt pœnitentiam. Poſtremo Auctor noſter ex dictis concludit fidem, pietatem, caritatemque iure ſibi inuicem eſſe connexas.

p. 380. Verus itaque philoſophus, pergit ille, ac veritatis amator caritate amicus Dei fit, & perfectam cognitionem aſſequitur. Triplici autem auctoritate Platonis, Mathiæ & Euangelii ſecundum Hebræos docet ejusdem cognitionis principium eſſe admirationem. Sed ut quis perfectus evadat gnoſticus, tria, inquit, requiruntur, contemplatio, executio præceptorum, & bonorum virorum conſtitutio; ita ut ſi illarum una defecerit, cognitio claudicet. Palam vero ex Scriptura ſacra facit, quæ ſint illa diuina præcepta ab omnibus implenda, & in quibus tam Hebræorum quam Chriſtianorum profectus & vita poſita ſunt.

p. 381. Quoniam autem eadem Scriptura nos quoque admonet, ut Deum ſequamur, conemurque illius, quantum fieri poteſt, attingere cognitionem; hinc Clemens docet duplicem eſſe quemadmodum fidem, ita & cognitionem, ac ſcientiam. Et prior quidem ſcientia, ſicuti fides, humana eſt infirma & imbecilla, ſemperque vacillans & inſtabilis: altera vero ſcientia, & ex ea manans fides; ex ſacris litteris ortum ducit; & ipſa certiſſima & immutabilis a iuſta operatione nunquam ſeparatur. Hanc autem Clemens cum *gomor*
p 382 *quæ erat decimarum menſura*, componit atque inde colligit, fide conſiſtere *gnoſticum*; Fide enim vero veluti olim Abraham & Moſes coram Domino, ſic ſtat ille, nec vnquam mu-

onam, neque malam,
t. Metum enim non
bat, oſtendit que nos
iam ad Dei ipſius at-
Ibi porro Clemens
ciis & comitibus pau-
os, utpote fide & ca-
ectos gentium voca-
ſtimonio commone-
ntiles reprobatos, ſed
t pœnitentiam. Po-
it fidem, pietatem,
exas.
git ille, ac veritatis
fectam cognitionem
Platonis, Mathiæ &
jusdem cognitionis
quis perfectus eva-
ontemplatio, execu-
n conſtitutio; ita ut
cet. Palam vero ex
præcepta ab omni-
rum quam Chriſtia-

nos quoque admo-
illius, quantum fieri
emens docet dupli-
ognitionem, ac ſci-
i fides, humana eſt
s & inſtabilis: altera
ſacris litteris ortum
a iuſta operatione
Clemens cum *gomor*
ıtque inde colligit,
o veluti olim Abra-
e, nec vnquam mu-
ta-

tatur. Contra vero alii Philoſophi, qui diuina nolunt audire præcepta, circa caduca & mortalia occupati, ſemper fluctuantes huc & illuc feruntur. Quapropter quia Apoſtolus Timotheum, ut profanas devitet illorum nouitates, vehementer adhortatur, ideo hæretici eo ſolo nomine easdem Apoſtoli epiſtolas repudiarunt. Verus itaque *gnoſticus* is eſt, qui Dominum ac per eum Patrem ejus cognouit. Fide ergo cum præterita credimus, ac ſpe exſpectamus futura, gnoſtico, qui Deum cognoſcit, omnia perſuadet dilectio: Huius autem principium eſt timor, qui per incrementum fides, ac tandem dilectio euadit. p. 383.

Fidem porro ipſam, quæ *ad ſalutem eſt virtus*, oſtendit Clemens eſſe iis, quæ in ſacris prophetarum oraculis traduntur, liberam aſſenſionem: Quod quidem ille adſtruit, & confirmat auctoritate Paſtoris ſeu Hermæ, qui inſuper adſerit, Deum quidem ad *ædificationem*, minime vero diabolum *ad euerſionem* timendum, ac pœnitentiam eſſe magnam intelligentiam. Ex quibus Auctor noſter recte infert, non oportere eum amplius peccare, cui remiſſa ſunt peccata. Nam iis qui poſt fidem & gratiam Baptismatis ſuſceptam peccant, una tantum pœnitentia conceditur. *Apparet*, enim inquit, *ſed non eſt pœnitentia, ſæpe petere veniam de iis, quæ ſæpe peccamus.* (In textu quoque additur ſecunda pœnitentia. Vid. Differt. I. §. 13.) p. 384. p. 385. 386.

Duplex porro Clemens peccatum diſtinguit: aliud quidem voluntarium, quod merito damnatur: aliud autem involuntarium, quod rurſum duplicis generis eſt. Vnum quidem ignoratione, aliud vero neceſſitate committitur. Prioris autem ſex notat ſpecies, additque quemadmodum lege Moſaica in quædam peccata inuoluntaria animaduertebatur, ita chriſtiana lege illi pœnis mulctantur, qui aliqua animi perturbatione, paganis ſacra noſtra myſteria patefecerint. Exemplo deinde vxoris Loth planum ille facit, peccatum voluntarium pœnis merito affici, & quid illud ſit, perſpicue definit. Nec minus clare demonſtrat, quomodo peccatum & infortunium, ſcelus & iniuſtitia inter ſe differant. At p. 387.

por-

porro, quia in noſtra poteſtate ſitum eſt mandatis obtemperare & ad diſciplinam adduci, hinc ille concludit, eos reuera peccare, qui ſe volentes animæ perturbationibus, iræ & cupiditati permittunt. Dehinc allata ſupradictorum peccatorum definitione, ex ſacris veteris nouique Teſtamenti ſcriptoribus, atque ex Barnabæ epiſtola varias illorum differentias fuſius explicat. Ad hæc porro pluribus ex Scriptura petitis rationibus conuincit, nos non neceſſitate in peccata prolabi, ſed peccare & non peccare nobis integrum eſſe & liberum. Ibi autem arrepta occaſione ille probat, hæc antiquorum adagia: *Deum ſequere: Venia eſt melior ſupplicio: Sponde, noxa præſto eſt. Noſce te ipſum; & Attende tibi*; ex ſacris delibata fuiſſe Scripturis. Poſtquam autem inde collegit eleemoſynis & fide purgari peccata, atque illa Dei timore declinari, illos confeſtim corripit, qui gaudium & triſtitiam, aliasque animi perturbationes Deo in Scripturis reapſe attribui garriebant. Monet tamen miſericordiam Deo proprie conuenire, non autem homini, cuius tantum ſumma perfectio eſt veræ doctrinæ cognitione fieri filium eius adoptiuum. Verum vt id facilius percipiatur, ille continenter definit, quid ſint ſcientia & ignorantia, ac quæ ipſimet ſcientiæ adiunguntur, experientia, intelligentia, cognitio & veritas. Quandoquidem vero rationales facultates ſunt voluntatis miniſtræ, inde ille conficit in gnoſtico voluntatem iudicium & exercitationem eſſe plane eadem, non ſecus ac verba, dogmata, vitam & mores *inſtituto obſequentes*. (In textu: εἰ γὰρ αἱ αὐταὶ προθέσεις, τὰ αὐτὰ καὶ τὰ δόγματα, καὶ αἱ κρίσεις. ἵνα δὴ ὦσιν αὐτῷ καὶ οἱ λόγοι, καὶ ὁ βίος, καὶ ὁ τρόπος ἀκόλουθοι τῇ ἐνστάσει.)

p. 389. 390. p. 391. p. 392 p. 393. p. 394.

Ad morales autem virtutes hinc delapſus, haud dubitanter affirmat eas lege Moſaica, ex qua Græci totius ſcientiæ moralis principia hauſerunt, aperte doceri. Et quidem probat tam de pietate quam de prudentia & iuſtitia; atque obiter ibidem oſtendit ex iisdem ſacris noſtris ſcriptoribus delibatum eſſe illud Pythagoræ adagium: *Stateram ne tranſilias*. De omnibus autem illis virtutibus, diuina Scriptura celebratis, ſin-

singillatim disputare quia longius esset, idcirco auctor posita ob omnium oculos earum definitione, manifeste demonstrat, easdem adeo sibi inuicem esse connexas & coniunctas; vt nec vna sine alia haberi, nec de aliqua, nisi etiam de aliis omnibus tractari possit. Nonnullas tamen speciatim attingit, atque in primis docet continentiam, quæ Deo non conuenit, nobis esse plane necessariam; vt paucis contenti ad diuinam naturam accedere adnitamur. In eadem quoque Scriptura præcipi & commendari fortitudinem, qua nullis cupiditatibus fracti, aut effeminati, nonsolum quoslibet labores doloresque magno ac virili animo perpetiamur, sed martyrium etiam sanguinis nostri effusione, si necesse sit, subeamus. Atque illud quidem vult ea significari humana lege, qua is, qui sibi desponsam virginem nondum duxit, militia interdicitur. Madianitarum autem Clemens noster id corroborat exemplo, ex quo sicuti & Barnabæ auctoritate infert, pietatem & religionem esse principium sapientiæ, bonumque esse Dei timorem. De liberalitate & beneficentia dehinc disserit, ostenditque illam variis Mosis legibus, sacrorumque Prouerbiorum verbis præcipi; atque inde bonam esse legem concludit. Quoniam autem beneficentia siue liberalitas ad dilectionem seu caritatem pertinet, perspicuum nobis ille facit, quomodo hæc virtus, aliis eiusdem Mosis legibus constituatur. Ex quibus demum euincit veterem legem esse plenam humanitatis & benignitatis, nosque ad Christum, qui has virtutes non minori studio & cura commendauit, ab illa tanquam pædagogo perduci. Tum continuo ex his, & aliis, quæ profert, eiusdem veteris legis præceptis probat, sumptum fuisse a Pythagora suum de mansuetudine in animantes decretum. Perperam ergo, inquit Clemens, Græci, qui filios recens natos crudelissime exponebant, ob hanc mansuetudinem Mosis legem insectabantur. Horum vero inhumanitas non eadem tantum Mosaica lege condemnatur; sed etiam Romana, quæ vetat prægnantem mulierem, capitis damnatam, priusquam pepererit, affici supplicio. Pergit Cle-

p. 395.

p. 396.

p. 397.

p. 398. 399.

p. 400.

p. 401. mens, & Mosis lege de agno, in lacte grauidæ matris non coquendo, citata, eos cædit, qui vt carne lacte contemperata delicatius vescerentur, in quorundam animalium ventrem ante partum calces impingebant. Quibus subiungit alia eiusdem Mosis de mansuetudine præcepta, atque vltimo, quod de arboribus nuper plantatis, magna cura fouendis, datum est,

p. 402. ante oculos posito explicat, qua methodo ii, qui Christianæ religioni nomen dederunt, sint fidei nostræ dogmatibus imbuendi; vt summam *gnostici* perfectionem possint adipisci. Quis autem sit perfectus *gnosticus*, clare describit, dicitque alios, vt boni honestique fiant, ab eo esse docendos. Sed continuo illum serio monet, vt superbiam, cuius sicuti aliorum peccatorum, pœnitentia agenda est, studiose caueat, & declinet.

Subinde vero quomodo pœnitentia agi debeat, & quæ sit illius vtilitas, breuiter aperit. Cum illius autem fructus sit, vt pœnitens Deum eligat, & ab eo vicissim eligatur, in

p. 403. hoc Clemens ait sitam esse hominis nobilitatem; vt pulcherrima & honestissima quæque eligat. Quod quidem Adami, Nœmi, Abrahæ & Isaaci illustrat exemplis. Abrahæ porro polygamiam ille ibidem excusat, & vnicum ait fuisse illius hæredem, cui frater suus maior natu ideo seruiuit; quia malo homini bonum maximum est sui non esse iuris. Tum postea Scripturæ sacræ testimonio ostendit sapientis esse omnia, eumque non modo regem: sed, vt testis est Plato, esse etiam beatum ea scilicet maxima, quoad fieri potest, Dei similitudine, quam Philo tradit perfectæ mandatorum eius obseruatione obtineri. Quapropter Stoici statuerunt finem hominis esse naturæ conuenienter viuere, ita tamen vt naturæ nomine Deum intelligerent. Cum triplex porro sit, vti ex Hippodamo Clemens confirmat, amicitiæ genus, hinc ille colligit in hominis non solum amico & inimico benefacientis, sed etiam fortis & aduersa constanter patientis mente esse hanc eandem Dei imaginem. Gnosticus autem Deo familiariter vtens, & mundo crucifixus, illam fortitudinem & toleran-

p. 404.

p. 405.

auidæ matris non co-
ne lacte contemperata
animalium ventrem
ous subiungit alia eius-
, atque vltimo, quod
a fouendis, datum est,
odo ii, qui Christianæ
ostræ dogmatibus im-
nem possint adipisci.
describit, dicitque a-
esse docendos. Sed
iam, cuius sicuti alio-
st, studiose caueat, &

ia agi debeat, & quæ
n illius autem fructus
eo vicissim eligatur, in
litatem; vt pulcherri-
Quod quidem Adami,
nplis. Abrahæ porro
cum ait fuisse illius hæ-
eo seruiuit; quia malo
se iuris. Tum postea
sapientis esse omnia,
is est Plato, esse etiam
ri potest, Dei similitu-
datorum eius obserua-
atuerunt finem homi-
ta tamen vt naturæ no-
riplex porro sit, vti ex
icitiæ genus, hinc ille
inimico benefacientis,
r patientis mente esse
ticus autem Deo fami-
am fortitudinem & to-
leran-

lerantiam quemadmodum Ananias, Daniel, Loth, Abraham, Iob, & Ionas, possidebit.

Diuina itaque lex homines ad omnem erudit virtutem, sed in primis ad continentiam, vbi pinguium animalium, ac præcipue porcorum carne, & quibusdam piscibus, ad voluptatem allicientibus interdicit. Fomes quippe cupiditatis voluptas, quæ homines, sicut ipsimet etiam scriptores ab Auctore nostro citati testificantur, molles effeminatosque reddit, radicitus euellenda est: (Gr. τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκόπτειν.) Eam sane ob causam anima debet ab omnibus perturbationibus segregari, easque cruci affigere; ac se ipsam, vt ait Christus, perdere, mortemque meditari. Ad id autem agendum opus est, vt vnusquisque aduersus Diaboli insidias armaturam Dei, quomodo Apostolus loquitur, induat, ac bene rebus vtatur indifferentibus; ex his enim, & ex voluptate omnes animi perturbationes ac tentationes dæmonis, oriri haud insicite Clemens demonstrat. Dehinc porro hæreticam Basilidis de illis animi perturbationibus opinionem, ab aliis duobus hæresiarchis Isidoro & Valentino, tametsi in alios errores impingentibus, proscriptam cum Christi Domini, tum Barnabæ auctoritate refellit.

Sub hæc autem ille declarat, se in quendam incidisse Gnosticorum hæreseos sectatorem, qui voluptati se ideo addictum esse dicebat; quia magni non est hominis, nisi experti, eam superare. Sed adseuerat hunc, non secus ac Aristippum, penitus decipi. Tales quoque eos esse adserit, qui falsa quorundam Nicolai, viri Apostolici, verborum interpretatione abutentes, in effrenatæ obscœnæque voluptatis luto, ad hircorum & Sardanapali instar, volutabantur. At quia nullus alius voluptatis vsus esse videtur, nisi vt illa rebus ad vitam necessariis vicaria quædam sit accessio, ac veluti condimentum, idcirco Clemens contra Epicurum concludit turpes & indomitas voluptates, Diogene poëta teste, esse damnandas; atque ad eas, tanquam, præcipuum nostrum hostem, debellandas timorem, sicuti lex præcipit, & cautionem

p. 406.
p. 407.
p. 408.
p. 409. 410.
p. 411.
412. 413.

nem esse necessaria. Et hæc quidem Clemens variis ethnicorum scriptorum, ac in primis poëtarum testimoniis illustrare contendit, docetque nihil honestate & grauitate legis, eiusque filia cautione, & religione, esse amabilius. Illa enimuero diuina lex sicuti nihil nimis durum & asperum, ita nihil quoque nimis molle & remissum præcipit.

Ne quis vero ad legem implendam se infirmiorem esse causaretur, in medium Clemens profert exempla veterum,
p. 414. qui cum eadem, qua & nos, essent natura, sese totos Deo obtulerunt ac dicarunt. Quid, quod Zeno Indum, igne tortum, ceteris anteponebat? Denique martyres, exquisitissimis suppliciis quotidie affectos, metus legis ad Christum ducebat. Atque hi voluptate profecto superiores, & *gnostici* maiores mundo, non carne amplius, sed spiritu viuentes, dii rectius appellantur. Ex his itaque infert Clemens noster voluptatem, & alia omnia, quæ ad libidinem excitant,
p. 415. a vero & christiano Philosopho esse fugienda; sectandamque temperantiam, qua suaue Christi iugum, integraque fit animæ & corporis sanitas, atque ad vltimum finem, æternam videlicet beatitudinem peruenimus. Ea autem data occasione, Clemens fuse exponit, in quo veteres Philosophi vltimum illum finem, summumque bonum positum esse censuerint. Ab illo itaque singillatim appellantur Epicurus &
p. 416. Cyrenaici; Dinomachus & Caliphon, Hieronymus, Diodo-
p. 417. rus, Aristotelici, Zeno Stoicus, Cleanthes, Antipater, Archidemus, Panætius, Possidonius, quidam ex recentioribus Stoicis, Aristo, Herillus, Lycus, Leucimus, Critolaus, Anaxagoras, Heraclitus, Democritus, Abderites, Hecatæus Apollodorus, Nausiphanes, Diotimus, Antisthenes, Anni-
p. 418. cerii, Metrodorus, Plato, Speusippus, Xenocrates & Pole-
p. 419. mo. Singulas porro illorum opiniones exponit: Sed diu-
p. 420. tius in explicanda Platonis sententia immoratur. Quibus tandem explicatis, planum ille facit, quis sit *minime finiendus* Christiani finis.

p. 421. Quoniam autem voluptas, de qua differuit, & cupiditas in matrimonium videtur cadere, quid coniugium sit, pri-

primo quidem Auctor noſter definit. Deinde vero inueſtigat vtrum, & quæ vxor a viro ducenda, quæue fuerint de coniugio opiniones Philoſophorum, Platonis, Democriti, Stoicorum & Peripateticorum, qui non ſecus ac Pythagoras voluptati ſeruierunt. Poſthæc plurima ille adfert rationum momenta, quibus matrimonii approbatores illius neceſsitatem vtilitatemque demonſtrabant. Leges quoque in cœlibes ſancitas ſubiicit, oſtenditque quale, quam ſanctum, honeſtum, atque alienum ab omni turpitudine coniugium eſſe debeat. Denique ſedulo animaduertit ſacram Scripturam, quæ de ducenda vxore conſilium, non autem præceptum dedit, plane penitusque inhibere, ne ducta vnquam dimittatur. Atque ibi Clemens propter nimiam capitum multitudinem & longitudinem hunc librum abſoluit. p. 422. p. 423.424.

Not. Quod de *conſilio*, non *præcepto* dicit Nurrius, de ſuo addit, ac data opera, hypotheſi ſuæ fauens, non pauca argumenta, quæ ſuadent matrimonium, omittit. Quare lectorem hic ad ipſum potius Clementis textum ablegamus.

CAPUT. I.

De
Fine Philoſophiæ.

§. I.

FInem maximi eſſe momenti ad vitam & actionem omnem, cuius & initium ab illo pendet, & omne medium ad iſtius rationem ac modum, tanquam ad normam, exigitur; vel ex primis Philoſophiæ principiis luculenter conſtat. Hinc iam olim prima, eaque maxima in quauis re iudicata fuit hæc quæſtio: Cui bono? Quam etiam nos, de Philoſophia diſtinctius nunc acturi, ante omnia mouemus, præeunte Clemente Alexandrino, qui hoc ipſum argumentum præ cæteris ma-

gna cura & ſtudio tractauit, præcipue libro ſecundo Stromatum ſub finem.

§. II.

Non alia vero hæc eſt quæſtio, quam decantatisſima illa, apud veteres præſertim Philoſophos, de Summo Bono: cuius amor ac deſiderium omnium hominum animos grauiter tenet conſtrictos & occupatos. Sed mira eſt hoc ſummo in negotio omnium fere celebrium auctorum a ſe inuicem diſſenſio; adeo vt Auguſtinus diuerſas eorum ſententias l. XIX. C. D. c. 1. ad ducentas octoginta octo perduci poſſe, ex Varrone collegerit, quarum plurimæ tamen facile forſan inter ſe conciliari poſſunt. Eas autem ſigillatim conquiſitas recenſere, maxime obſoletas quorundam, ſuperuacaneum fore exiſtimamus: cum & apud Ciceronem de Finibus, imo apud noſtrum potius c. l. facile legi queant. Nam longiora ſunt, quam vt commode huc omnia transferantur. Quare, cum paſſim hæc apud alios occurant, ſummam tantum illorum omnium breuiter trademus, melioris ordinis cauſa primum gentilium, quos in tres potisſimum claſſes, Epicureorum, Stoicorum & Platonicorum, diſtribuemus, deinde Chriſtianorum ſententiam de S. B. tanquam fine Philoſophiæ propoſituri; omnia ex mente Clementis noſtri, quem ducem nobis peritiſſimum hac in cauſa elegimus, interpoſitis tamen etiam, vbi viſum fuerit, aliorum iudiciis & obſeruationibus.

§. III.

Epicurum cum grege ſuo in fronte ponimus: *quod*, teſte Cicerone lib. II. de Finibus p. m. 73. ed. Sturm., *& ipſe, & amici eius, & multi poſtea defenſores eius ſententiæ fuerunt; & neſcio, quomodo is, qui autoritatem minimam habet, maximam vim, populus cum illis facit.* Quos & Cicero, & Clemens, vt alios taceam, ſibi confutandos ſumſerunt, ob maxima damna & incommoda, ex ſententia illorum dimanantia. Finem igitur ſeu S. B. Epicuri, quod in Philoſophia ſua tradidit, perſpicuis verbis noſter ſic reddit Strom. II ἐπίκυρος δὲ

ô ſecundo Stroma-

uam decantatiſsima
, de Summo Bono:
ninum animos gra-
Sed mira eſt hoc
ium auctorum a ſe
liuerſas eorum ſen-
oginta octo perdu-
plurimæ tamen fa-
Cas autem ſigillatim
quorundam, ſu-
pud Ciceronem de
le legi queant. Nam
mnia transferantur,
rant, ſummam tan-
, melioris ordinis
potiſsimum claſſes,
um, diſtribuemus,
S. B. tanquam fine
Clementis noſtri,
cauſa elegimus, in-
aliorum iudiciis &

ponimus: *quod*, te-
ed. Sturm., *& ipſe*,
ſententiæ fuerunt; &
am habet, maximam
cero, & Clemens,
erunt, ob maxima
um dimanantia. Fi-
Philoſophia ſua tra-
Strom. II ἐπίκυρος
δὲ

δὲ ἐν τῷ μη πεινεῖν, μηδὲ διψῆν, μήτε ῥιγῶν τὴν εὐδαιμονίαν τιθέμενος -- τῶν γὰρ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἀρχομένων, τάς τε κυρηναϊκὰς εἶναι καὶ τὸν ἐπίκυρον. τέτας γὰρ τέλις εἶναι λέγειν διαῤῥήδην τὸ ἡδέως ζῆν. Τέλειον δὲ ἀγαθὸν μόνον τὴν ἡδονὴν ὁ δὲ ἐπίκυρος καὶ τὴν τῆς ἀλγηδόνος ὑπεξαίρεσιν ἡδονὴν εἶναι -- ἐπίκυρος μὲν οὖν καὶ οἱ κυρηναϊκοὶ, τὸ πρῶτον οἰκεῖον φασὶν ἡδονὴν εἶναι. ἕνεκα γὰρ ἡδονῆς παρελθοῦσα, φασὶν, ἡ ἀρετὴ ἡδονὴν ἐνεποίησε -- ὁ δὲ ἐπίκυρος πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς οἴεται ἐπὶ τοῖς τοιτοπαθοῦσι τῇ σαρκί. *Epicurus autem in non eſuriendo, nec ſitiendo, nec frigendo ponit beatitudinem.* Et paulo poſt: *Ex iis enim, qui voluptati parent, conſtat eſſe Cyrenaicos & Epicurum. Eos enim aperte dicere, finem eſſe iucunde viuere. Perfectum autem bonum ſolam eſſe voluptatem. Epicurus vero doloris quoque amotionem dicit eſſe voluptatem.* Et iterum: *Atque Epicurus quidem & Cyrenaici, id quod eſt primum naturæ, proprium, & conueniens dicunt eſſe voluptatem. Voluptatis enim cauſa accedens, inquiunt, virtus, peperit voluptatem.* Denique: *Epicurus exiſtimat, omnem effici lætitiam ex carne primum affecta.* Ad hanc ſententiam accedunt Ariſtippus, Dinomachus, Callipho, Diodorus, qui finem poſuit, τὸ ἀοχλήτως καὶ καλῶς ζῆν, *citra moleſtiam ac bene ſ. honeſte viuere*: item Metrodorus, qui maiorem eſſe dixit felicitatis cauſam, quæ eſt ex nobis, quam quæ ex rebus. Ἀγαθὸν, φησὶ, ψυχῆς τὶ ἄλλο, ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ τάυτης πιστὸν ἔλπισμα, *Animæ, inquit, bonum quid eſt aliud, quam firma, ſtabilis ac bona carnis conſtitutio, & ſpes fide digna, quod ea ſic futura ſit?* Quem ſtatum iſti Philoſophi libenter εὐεστὼ nominare ſoliti ſunt. Nec aliena tradunt Annicerii, ex ſchola Cyrenaica prodeuntes, qui non quidem vniuerſalem totius vitæ, ſed cuiusuis actionis certum agnouerunt finem, reſultantem inde voluptatem. Reliquorum nomina, qui vel prorſus idem, vel paululum diuerſa docuerunt, nunc omittimus, ex Ciceronе, vel aliunde deſumenda. Ad hanc ſiquidem claſſem non male referas Ariſtonem, qui ἀδιαφορίαν *indifferen-*

rentiam, Democritum, qui ἀθαμβίην, *carentiam metus*, & Antisthenem, qui ἀτυφίαν *animum a fastu alienum*, pro fine habuisse dicitur.

§. IV.

Quam grauiter vero B. Clemens, in omnibus Philosophorum monumentis bene versatus, vna cum aliis Patribus, tam Græcis quam Latinis, (de profanis enim auctoribus Plutarcho, Cicerone, Seneca, idem facientibus, taceo) aduersus Epicuri & asseclarum eius sententiam decertet & inuehatur, vel ex vna hac voce constare poterit, quod Epicurum perinde notet, *quasi decernentem beatam victoriam seu felicitatem, non vt hominum ratione præditorum, ac philosophorum, sed vt quorundam pecorum carniuororum*, (σκατοφάγων, quæ vox est minus vsitata & quasi barbara, a σκάτος, vel σκατὰ, *stercus*. Vid. Meursii Glossarium Græco-barbarum) Cætera argumenta, quæ noster contra voluptatem carnis seu corporis quam plurima adfert, breuitatis gratia nolumus recensere. Id potius videndum, rectene an secus illud a nostro factum fuerit: quoniam Gassendus in *de Vita Epicuri* ostendere conatur, tales calumnias, vt vocat, ex odio Stoicorum, vulgus concitantium, maximam partem esse profectas; qua communi opinione & nostrum Clementem, quem tanquam *pereruditum Patrem*, (ita vocat eum p. 72.) meliora ex lectione scriptorum Epicureorum sciuisse, vel scire potuisse insimulat, aliosque Patres fuisse abreptos. *Sed perpendas velim, an is nimio in Epicurum amore captus, illum plus æquo excusare, ac doctissimos alios scriptores, & Ecclesiæ Patres, eidem Epicuro voluptatis patrocinium exprobrantes, accusare & condemnare videatur*; censente Cl. Nurrio Dissert. II. Apparatus sui p. 1142. Vtut enim Epicurus & antiqui eius sectæ conditores saniorem suæ doctrinæ sensum habuisse, & obscœnis voluptatibus damnatis animi potius tranquillitatē & ἀυτάρκειαν quæsiuisse videantur: *incautum tamen fuisse Epicurum in definiendo Summo Bono, & admittenda voluptate; nec respexisse satis ad captum humanum & insitum natura hominibus licentiæ amorem, qui præcipiti impetu sub quacunque liciti, vel decori, vel* ἀδιαφορίας *vel impunitatis sal-*

saltem specie rapit ad ea, quæ sensibus corporis grata sunt, & deliniendæ libidini apta; quamuis bonæ menti maxime noxia sint; recte iudicat Celeb. Gymnasii Gothani Rector Vockerodt, cui nos multum debere, grato animo fatemur, *Consult.* XXVIII. Imo vix, ac ne vix quidem liberari poterit Epicurus, vel eius defensores, a periculosis ac peruersis doctrinis, variisque contradictionibus, si belluinas illas voces, quæ in Cicerone passim occurrunt, & minime mera figmenta sunt, consideraueris, vbi fere nil nisi bonum, quod in sensus incurrat, extollitur. Quibus cum mirabiliter omnino pugnant sententiæ, quibus suam opinionem ornare, & ab aduersariorum obiectionibus vncunque liberare annisi sunt; *quod non iucunde viui possit, nisi honeste,* & similes: *quæque Epicurum, qui aliis impiis dogmatibus ceteros omnes offenderat, inter philosophos adseruere, imo effecerunt, vt graues auctores sancta huius viri præcepta dicerent,* notante Cl. Meibom. ad Vitam Epicuri apud Diogenem Laërt. p. 658. Eiusmodi vero impia dogmata, velut sunt de immortalitatis desiderio, & Numinis metu, etiamsi seruili, ex animis delendo, in ipsa Epicuri epistola ad Menœceum, ad quam Gassendus alias plerumque prouocat, inueniuntur. Conf. Merici Casauboni dissertatio præliminaris ad decimum Laërtii librum, qui est de Epicuro, in fine editionis Wetstenianæ inuenienda.

§. V.

Pergimus ad Stoicos, de quibus Clemens simpliciter affirmat l. v. Strom. p. 253. Οἱ μὲν Στωϊκοὶ τὸ τέλος τῆς Φιλοσοφίας, τὸ ἀκολόθως τῇ Φύσει ζῆν εἰρήκασι, *Stoici finem Philosophiæ dixerunt esse, secundum naturam* (per quam Deum intellexisse dicuntur,) *viuere.* Et lib. II. p. 179. *Zeno Stoicus finem esse putat ex virtute viuere.* Id quod eum a Platone mutatis tantum verbis accepisse, ait l. v. l. c. *Cleanthes autem naturæ conuenienter viuere & in bene ratiocinando, quod in iis, quæ sunt secundum naturam, eligendis, situm esse statuit.* Hisce similia tradunt Antipater, Archidemus, Panætius, denique Possidonius, qui finem ponebat τὸ ζῆν θεωρῶντα τὴν τῶν ὅλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν

τάξιν. καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτὸν κατὰ τὸ δυνατὸν, κατὰ μηδὲν ἀγόμενον ὑπὸ τῦ ἀλόγυ μέρυς τῆς ψυχῆς, *viuere contemplando vniuerſorum veritatem & ordinem, & ſe, quoad eius fieri poteſt, ita inſtituere, vt nulla in re ducatur a parte animæ, quæ caret ratione.* Quæ genuina videtur eſſe ſententia Stoicorum, laudanda ſane, ſi modo vita plurimorum reſpondiſſet doctrinæ, nec multi Epicuri de grege porci ex ſancta hac porticu prodiiſſent. De recentioribus quibusdam Stoicis noſter quidem etiam memorat, quod tradiderint finem eſſe τὸ ζῆν ἀκολόθως τῇ τῦ ἀνθρώπυ κατασκευῇ, *conuenienter viuere conſtitutioni hominis*, quod an a priori reapſe differat, lectoris eſto iudicium. Plura de Stoicis facile legi poſſunt apud Laërtium in Vita Zenonis, & Ciceronem de Fin. & Acad. Quæſtionum libris. Ex recentioribus vid. Lipſii Stoica Manuductio, item Celeberr. Dn. Buddei diſſertationum de Stoicorum erroribus præcipue ſecunda, *nec non* diſſertatio de Philoſophia Epicteti, Lipſiæ olim a Ven. D. Antonio elaborata. Breuiter omniũ fere ſententias complectitur Lactantius l. III. Diu. Inſtit. c. 7. his verbis: *Epicurus ſummum bonum in voluptate animi eſſe*, (adeoque excuſari poterat) *cenſet: Ariſtippus in voluptate corporis. Calliphon & Dinomachus Cyrenaici, honeſtatem cum voluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione doloris ſummum bonum poſuit: Hieronymus in non dolendo: Peripatetici autem in bonis animi & corporis & fortunæ: Herilli ſummum bonum eſt ſcientia: Zenonis cum natura congruenter viuere, quorundam Stoicorum virtutem ſequi. Ariſtoteles in honeſtate ac virtute ſummum bonum collocauit. Hæ ſunt fere omnium ſententiæ.*

§. VI.

Reſtat Platonicorum ſchola, ſancte profecto, ſi verba reſpicias, philoſophantium. Plato quippe ſummum ſeu vltimum Philoſophiæ finem ſtatuit eſſe ὁμοίωσιν Θεῷ *Dei ſimilitudinem* l. v. Strom. p. 253. quod in ſecundo Stromate l. c. fuſius declaratur; *homines virtutis & veræ Philoſophiæ compotes, participare* εὐδαιμονίαν, quam ἐν ἐπιςήμῃ τῦ ἀγαθῦ καὶ ἐν ἐξομοιώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, *in vera cognitione boni, & in ea, quæ*

quæ est cum Deo similitudine, collocat, *hanc similitudinem pronuncians, esse iustum & sanctum cum prudentia.* Quod sane ex creatione hominis ad imaginem & similitudinem Dei depromtum esse, haud obscure colligitur: sicut etiam quæ additur ex Platonis Legibus declaratio vberior de præcipuis virtutibus, humilitate & compositione mentis, sequendis, Christianam doctrinam redolet. Vnum h. l. obseruatione dignum est, Pythagoram simpliciter finem proposuisse *similitudinem Dei*, Platonem adiunxisse *κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, quantum hominis modus capit.* Ceterū optime mentem & sensum Pythagoræ & Platonis expressit Hierocles Comment. in Carm. Pythag. c. 69. p. 308. 309. *Atque hic quidem finis est Pythagoricæ disciplinæ, vt toti penitus alati fiamus ad bonorum diuinorum perceptionem: vt, cum mortis tempus instabit, relicto in terra mortali corpore, eiusque natura exuta, ad cœleste iter expeditiores fiant philosophicorum certaminum athletæ. Tum enim in primum statum eos restitutum iri, & Deos fore, quantum quidem licet hominibus.*

§. VII.

Atque ex hoc Platonicæ seu Pythagoreæ Philosophiæ fonte in definiendo Summo Bono ad vnum omnes hausisse, erudite comprobat Schefferus c. VII. de Philos. Ital Nam & Aristoteles, si Eustratio ad Nicomachicorum l. x. c. 7. credimus, *veram felicitatem, quæ homini conueniat, eam esse, dixit, cum fit Deo similis. Similem autem Deo reddi, cum & his corporeis abscedat, & in intelligibilibus versetur.* Quamuis omnino hic Politicus Philosophus alia bonorum terrestrium genera, quibus indigeat beatus, illi summo adiunxerit lib. IV. Strom. p. 207. quoniam virtus prosperis rebus ornetur & augeatur, aduersis obscuretur, diminuatur, interdum etiam tollatur. Quam eius sententiam Stoici maximis argumentis exagitarunt, & prorsus reiecerunt, virtutem ad beatitudinem efficiendam sufficere, existimantes. Vid. Lud. Viu. de Corrupt. Art. l. VI. De Stoicis res ipsa loquitur, eos haudquaquam sensu, imo sæpe ne verbis quidem a Pythagoreis discrepasse, dum semper illud *ἕπου Θεῷ, sequere Deum,*

de quo paulo infra, in ore habuerunt. Cuius assertionis euidentia testimonia qui desiderat, adeat vnum Senecam ep. 91. & passim. Nec desunt documenta de secta Epicuri, quæ imitationem Dei etiam a voluptatum sectatoribus fuisse commendatam, euincant. Egregie de his omnibus Augustinus C.D. lib. VIII. c. 9. *Ipsum autem verum ac summum bonum Plato dicit Deum, vnde vult esse Philosophum amatorem Dei, vt quoniam Philosophia ad beatam vitam tendit, fruens Deo sit beatus, qui Deum amauerit. Quicunque igitur Philosophi de Deo summo & vero ista senserunt, quod & rerum creatarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonum agendarum: quod ab illo nobis sit & principium naturæ, & veritas doctrinæ, & felicitas vitæ: siue Platonici accommodatius nuncupentur, siue quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponant: siue tantummodo Ionici generis, qui in eis præcipui fuerunt, ista senserint: sicut idem Plato, & qui eum bene intellexerunt: siue etiam Italici propter Pythagoram, & Pythagoreos, & si qui forte alii eiusdem sententiæ in id idem fuerunt: siue aliarum quoque gentium, qui sapientes vel Philosophi habiti sunt, Atlantici, Lybici, Aegyptii, Indi, Persæ, Chaldæi, Scythæ, Galli, Hispani aliique reperiuntur, qui hoc viderint ac docuerint, eos omnes ceteris anteponimus, eosque nobis propinquiores fatemur.* In quæ verba Lud. Viues erudita ex Platone ipso excerpta & commentaria composuit, id euincentia, quod homo venerabilis & sancta doctrina Plato, cum in aliis pene rebus ceteros omnes Philosophos vicit, tum vero in definiendo summo hominis bono seipsum quoque superauit. Quod adparet ex dialogo, quem *Philebum* seu de S.B., secundum alios de voluptate, nominat. item ex Gorgia, vbi sententia Socratis est, in doctrina & virtute sitam esse beatam vitam. Idem in Menexeno, idem sexcentis locis, cum illud tam perpetuum constansque sit apud Platonem, *solum honestum pulchrumque*, (perpetuum vero & immutabile pulchrum vocat) *bonum esse.*

§. VIII.

At enimuero specioſi tantum sunt tituli & laruæ, quas Philo-

Philoſophia humana pro fine ſeu Summo Bono venditat: quia nunquam aſſecuti ſunt id, quod volebant, Philoſophi, & operam ſimul omnem atque ſtudium perdiderunt. Ac turpe ſane eſſet Chriſtianis, *Philoſophiam eam, quam ab vno Deo doctore conuenit accipi*, vt Viues c. l. ait, a Platone, ab Ariſtotele, Cicerone, Seneca, Plutarcho, Xenophonte requirere & poſtulare: quum habeamus iam non ſolam illam naturæ lucernam maligniſſimam, (noli offendi,) non fictum Deum, ſignis quibusdam innuentem (quem Socrates genio ſuo ſignificabat) ſed verum Deum aperte loquentem nobis, & ſolem ipſum, qui in hoc illuxit mundo, vt non amplius de via incerti vagaremur, & fluctuaremus inter humanas opiniones, ſed viam ſciremus exploratam, rectam, infallibilem per ipſum, & in ipſo, quam ipſe poſſet ſolus demonſtrare, vt vel gentiles ipſi intellexerunt. Abſit igitur, vt Chriſtiani hunc finem ſummum & maximum æternæ felicitatis, quam gentiles ne intellexerunt quidem, ex Philoſophia & ſapientia humana, quantacunque etiam illa fuerit, quæ tamen exigua ſaltem eſt, exſpectent. Multo rectius, quæ ſit vera viæ beatitudo, quæ ſempiternam illam inchoat, diſcitur ex Pſal. 1. Imo Dominus noſter *octo beatitudines* vitæ huius recenſet Matth. V. multum ab Ariſtotelicis diuerſas, & tantum non illis contrarias, quod ex comparatione mutua facile adparebit. Sed audiamus hac in re Patrem noſtrum Alexandrinum.

§. IX.

Is enim Strom. II. p. 180. poſtquam fines Philoſophorum expoſuerat, de fine Chriſtianorum, ſic differit: ἡμῖν δὲ αὐτοῖς εἰς τέλος ἀτελεύτητον ἀφικέσθαι προκειται, πειθομένοις ταῖς ἐντολαῖς, τουτέστι τῷ Θεῷ καὶ κατ' αὐτὰς βιώσασιν ἀνεπιλήπτως καὶ ἐπιστημόνως διὰ τὸ θείᾳ θελήματος γνώσεως· ἥτε πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ὡς οἷόν τε, ἐξομοίωσις τέλος ἐστὶ, καὶ εἰς τὴν τελείαν υἱοθεσίαν διὰ τὸ υἱᾷ ἀποκατάστασις, δοξάζουσα ἀεὶ τὸν πατέρα διὰ τὸ μεγάλου ἀρχιερέως τὸς ἀδελφοὺς καὶ συγκληρονόμους καταξιώσαντος ἡμᾶς εἰπεῖν. *Nobis vero ipſis, ad finem*

nem nunquam finiendum peruenire propositum est, qui credimus mandatis, h.e. ipsi Deo, & ex præscripto illorum viuimus inculpate & cum scientia, per voluptatis diuinæ cognitionem. Conformitas autem ad rectam rationem, quoad eius fieri potest, est finis, & restitutio in perfectam adoptionem per Filium, glorificando semper Patrem per magnum sacerdotem, qui nos fratres & cohæredes dignatus est appellare. En habes finem Theologiæ Christianæ, quæ meliori iure in locum ethnicæ Philosophiæ successit, videlicet instaurationem imaginis Dei seu sanctificationem, vna cum mediis & vltimo fine: plane vt Paulus Rom. VI, 22. loquitur, quem locum Clemens etiam apposite ibid. citat.

§. X.

Remoto igitur falso, & a philosophis olim iactato fine Philosophiæ, quem sola Theologia christiana præstat, superest, vt disquiramus, quis ergo finis Philosophiæ & encyclopædiæ humanæ statuendus sit? Cui quæstioni vt paucis satisfaciamus, remittimus lectorem benev. ad definitionem Philosophiæ Clementinam, superiori differt. §. xx. & sqq. traditam & explicatam, qua finis clare & perspicue hoc modo est expressus: *Philosophia est sapientia technica, experientiam præbens rerum, ad vitæ vsum pertinentium.* Strom. VI. p. 272. Itaque tribuitur isti aliqua præsentis vitæ & variorum huius statuum vtilitas, maxime ex morum doctrina petenda, quæ singulis officia recte viuendi & agendi præscribit: quamuis & disciplinæ theoreticæ & instrumentales multiplici suo *vsu* nequaquam careant. Quæ ipsa pars est tertia huius nostræ tractationis. Nunc ad secundam potius pergimus.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0034
DFG

CAPUT II.

De

Mediis ad finem, quibus Philoſophia vtitur.

§. XI.

ORdine, diſciplinis practicis conſueto, progredimur a fine ad *media*, viam oſtenſuri, qua gentiles finem ſimilitudinis Dei conſequendum eſſe rati ſunt. Mireris certe, Chriſtianas voces ac ſententias a gentilibus, ſi vllo alio loco, maxime in hoc vſurpari. Sed meminiſſe oportet effati Clementini: *philoſophos eſſe fures bonorum dogmatum*; adde *ſimias veritatis reuelatæ*. Quodſi tertium comparationis in vtroq; ſimili, quod facile multis modis hic fieri poteſt, inueneris habebis ſimul differentiam inter methodū diuinam & humanā, de qua infra plurib9. Ceterum nos præcipue attendere hic oportet ad ſcholam Pythagoræ, Socratis & Platonis, qui velut lumina & communes gentium doctores, imo, vt Lactantius l. III. c. 21. loquitur, vt *reges Philoſophorum*, habentur: ex quorum ore & ſenſu omnes, quot quot ſaniorem olim philoſophandi methodum tenuerunt, pependerunt quaſi, & tantum non, quiuis licet pro ſuo ingenio, doctrina & animi propenſione, omnia ſua placita ad ductum magiſtrorum iſtorum compoſuerunt. Age, videamus ea, quæ B. Clemens de methodo gentilium ad ſummum B. veniendi in ſua Stromata congeſſit. Quod eo melius vt ſuccedat, in ſubſidium ſubinde vocabimus Hieroclem aliosque bonæ fidei auctores. Quibus denique ſubiungemus Chriſtianum iudicium, indicatis ſub finem capitis, quæ nunc ad Philoſophiam requirantur, ſubſidiis.

§. XII.

Præmoneamus tamen neceſſe eſt, nos iam non agere de ſubſidiis & adminiculis conſequendi eruditionem & litteraturam philoſophicam, quæ in variis opinionibus & verbo-

borum apparatu consistat, quam vulgo *theoriam* dicunt; licet hæc vox solidam & summam olim rerum contemplationem, cum viuo affectu & praxi coniunctam, significauerit: sed, quemadmodum superiori dissertatione fusius ostensum est, Philosophiam ex mente Pythagoræ & sectatorum eius omnium de amore ac studio veritatis, seu ipsius Dei, intelligere decet. Cuius adeo finis non alius esse potest, quam vt Deo fruamur: quod etiam gentes suo modo quæsiuerunt, saltem quærere visi sunt variis rationibus ac viis, multisque vitæ regulis præscriptis. Neque vero propterea existimandum, philosophos illos contemsisse studia; ad præfixum finem ducentia: constat quippe, Platonem neminem ἀγεωμέτρητον admisisse, & παιδείαν omnibus vtilem commendasse: sed hoc potius inde concludimus, eos in hisce progymnasmatibus & propædeuticis disciplinis non collocasse sapientiam, vel summi boni rationem, satis gnari, longe plus requiri, quam litteras, vt quis extrema felicitate potiatur. Praxin itaque potissimum inculcarunt seu exercitium virtutum, idq; non sine prænia morum mutatione, qualis ex humanis viribus speranda est: multa item de gradibus sapientiæ dixerunt, quasi ad summam perfectionem suos, si fieri potuisset, perducturi discipulos. Id quod nunc ex nostro potissimum Clemente fuerit demonstrandum.

§. XIII.

Principium illius viæ philosophicæ ponimus, vt quis ἔννοιαν σοφίας, *notitiam quandam sapientiæ cum admiratione & æstimatione hauserit.* Quod ipsum manifeste noster ex Platone adserit lib. II. Strom. p. 163. qui locus adduci integer meretur: Ἐκεῖνο δὲ ἐξ ἀνάγκης παρασημειωτέον, ὡς μόνον τὸ θεῖον, σοφὸν εἶναι φύσει, νοεῖσθαι χρή. διὸ καὶ ἡ σοφία δύναμις θεοῦ, ἡ διδάξασά τὴν ἀλήθειαν κἀντεῦθά πως εἴληπται ἡ τελείωσις τῆς γνώσεως. φιλεῖ δὲ καὶ ἀγαπᾶ τὴν ἀλήθειαν ὁ φιλόσοφος, ἐκ τῶν θεραπόντων εἶναι γνήσιος, δι' ἀγάπην ἤδη φίλος νομισθείς. ταύτης δὲ ἀρχή, τὸ θαυμάσαι τὰ πράγματα, ὡς πλά-

πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει καὶ Ματθίας ἐν ταῖς παραδόσεσι παραινῶν, θάυμασον τὰ παρόντα. βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος -- ἀδύνατον ἦν τὸν ἀμαθῆ, ἔστ' ἂν μένῃ ἀμαθής, φιλοσοφεῖν δὲ τόν γε μὴ ἔννοιαν σοφίας εἰληφότα, φιλοσοφίας ἅσης ὀρέξεως τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ τῶν εἰς τοῦτο συντεινόντων μαθημάτων. *Illud autem necessario adnotandum est, quod sic sentire oporteat, solum Deum natura esse sapientem. Propterea etiam sapientia est virtus Dei, quæ docet veritatem* (conf. 1. Cor. I, 24. & Rom. I, 16.) *& hinc sumta est perfectio cognitionis. Amat autem ac diligit veritatem Philosophus, eo quod famulus est sincerus, ob amorem hunc iam velut amicus reputandus. Huius autem,* (sc. sapientiæ ac veritatis) INITIVM EST RES ADMIRARI, *vt dicit Plato in Theadeto. Et Matthias adhortans in Traditionibus; Admirare præsentia, eum esse primum gradum statuens vlterioris illius cognitionis. Hic ergo plane ineptus est rudis & ignarus, quamdiu talis manserit. Fieri enim non potest, vt philosophetur, qui nullam sapientiæ notionem acceperit, cum Philosophia sit appetitus Veri & Summi Entis, & earum, quæ eo collineant, disciplinarum.* Supponit ergo noster ad ductum Platonis præuiam institutionem elementorum sapientiæ ac veritatis, velut de mundo, homine & Deo: quam μαθητείαν barbari vocabant φωτισμὸν & ἀναγέννησιν, *illuminationem* & *regenerationem* lib. v. Strom. p. 236. Cuius prima vis & efficacia in eo cernitur, si rudis & vanus animus inspersis sapientiæ seminibus, seu melioris doctrinæ elementis conceperit attentionem cum sancto admirationi & reuerentiæ adfectu, ita vt quis in nouum orbem sibi delatus videatur, vtpote qui talia ante nunquam audiuerit, vel sæpius & obiter audita nunquam perpenderit sensu eorum pondus. Idem sacra pagina toties totiesque maxime in Prouerbiis & Sapientia monet; honorandam, amplectendam ab initio cupide esse sapientiam, huiusque regulas & præceptiones, si quis maiorem sibi gradum ad illam munire voluerit. Prou. II, 1. - 12. c. IV, 3. sqq. Sap. VI, 17. sqq. ἀρχὴ τῆς σοφίας ἡ ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία.

§. XIV.

Sed bene norant illi morum magiſtri, homines eſſe ſenſibus corruptos, malis adfectibus voluptatibusque deprauatos & ad virtutis ſtudium ineptos, vt ſimplex veritatis nouæ admiratio minime ſufficeret. Ideo primam omnibus præſcribebant regulam, τὸ γνῶθι σεαυτόν, *noſce te ipſum:* cuius aureæ ſententiæ, cum aliis duabus; *Ne quid nimis*, &, *Sponde, noxa præſto eſt*, ad ingreſſum templi Delphici exaratæ auctorem alii Chilonem, alii Thaletem, Ariſtoteles Pythiam conſtituit l. 1. Strom. p. 129. quin potius illius originem ipſi ſapientiſſimo Apollini attribuere voluerunt gentiles. Conf. Eraſmus Chiliad. 1. Centur. 6. xcv. Senſum iſtius noſter ibid. explicat: δύναται δὲ τὴν γνῶσιν ἐγκελεύεσθαι μεταδιώκειν. ἐπ ἐστι γὰρ ἄνευ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας εἰδέναι τὰ μέρη. δεῖ δὴ τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου πολυπραγμονῆσαι. δι ἧς καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν καταμαθεῖν ἐξέσαι. *Poteſt autem id iubere perſequi cognitionem* (h. e. prima rudimenta percipere, de quibus §. præcedenti.) *Non enim ſine ſubſtantia vniuerſorum poſſunt noſci partes. Oportet autem ortum mundi diligenter inquirere, per quem poterit quoque diſci natura hominis.* Sed profundius adhuc eam ſic exponit l. 11. Strom. p. 168. vbi hoc dictum præ cæteris μυστικώτερον vocat, quod eo contineatur vtraque legis tabula, videlicet charitas Dei & proximi. Nam *qui videt fratrem ſuum, videt Deum ſuum*, vt Clemens exprimit. In quæ verba Heruetus ſic commentatur: Eraſmum in Adagiis ſuis docte quidem explicaſſe τὸ γνῶθι σεαυτὸν, ſcil. de modeſtiæ commendatione, ne nimium nobis tribuamus, ſed etiam, vt bona noſtra norimus; ſed hoc myſterium non attigiſſe. Nam in anima hominis relucet imago & ſimilitudo Dei, propter quam & Deum diligimus, qui nos fecit ſibi ſimiles, & proximum, ſicut nos ipſos propter eam, quæ nobiscum intercedit, ſimilitudinem. Vberius adhuc ſenſum huius ſymboli perſequitur Clemens l. v. Strom. p. 238. *Noſce te ipſum, multa indicat: & quod ſis mortalis, & quod homo natus es, & quodſi fiat collatio aliorum, quæ ſunt in vita præſtantiſſima & excellentiſſima, nullam tui eſſe putes habe-*

habendam rationem, si dicas te gloria insignem vel diuitem: vel contra, quod cum sis diues & gloria insignis, non de solis commodis, quibus alios superas, te iactare oporteat. Et ad quod natus sis, inquit, cognosce, & cuius sis imago, & quænam tua sit essentia, & quod opificium, & quænam cum Deo coniunctio & affinitas, & quæ sunt his similia. Sumtum est autem illud, Nosce te ipsum, a Mose, qui sæpe dicit, *πρόσεχε σεαυτῷ, attende tibi ipsi* Deut. XV, 9. Simpliciſſimus sensus illius *γνώμης* omnino fuerit, vt sapientiæ discipulus omnem curam & contemplationem ab aliis rebus ad se primum transferat, vt se intueatur, quod sacra phrasis dicit, *εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν* Luc. XV, 17. vt agnoscat vitia, errata & turpitudines suæ ætatis, deque iis doleat. Sic *ἡ μετάνοια Φιλοσοφίας ἀρχὴ γίνεται*, secundū Hieroclem p. 166. h. e. *apœnitentia Philosophiæ initium faciendum.* Illam Clemens occasione dicti, *qui perdiderit animam, inueniet eam*, philosophorum quoque sententiis declarat lib. IV. Strom. p. 208. *Hoc igitur est, animam inuenire, nosse seipsum. Conuersionem vero ad diuina Stoici quidem dicunt fieri ex mutatione, animam in sapientiam transmutata. Plato autem circumactionem animæ ad meliora & conuersionem ex nocturno quodam die.* Quæ vna ex mysticis Philosophiæ definitionibus erat Diss. II. §. XXVIII. Nec contemnenda hanc in rem adferuntur ex Platonicis lib. I. Pædagogi cap. VI. qui dicunt: *memoriam meliorum esse spiritus percolationem. διϋλισμὸν δὲ νοῆσι τὸν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων, τῶν χειρόνων χωρισμόν. Percolationem autem intelligunt, quæ ex recordatione meliorum fit, eorum, quæ peiora sunt, esse separationem Eum itaque, qui meliora reuocauit in memoriam, necessario sequitur pœnitentia propter deteriora.* Atque hæc cognitio sui variis deinde gradibus augetur & crescit, sicut antea a Clemente ostensum, vt quis per totam vitam ex vno hoc apophthegmate habeat, quod discat, fatente eodem Patre, p. 238. quamuis facile largiamur, illam Clementinam *ἐξήγησιν* bonam partem Christianis potius, quam ethnicis esse accommodatam.

§. XV.

Sic itaque a cognitione sui & pœnitentia, non ab ina-

ni naturæ contemplatione capiendum esse Philosophiæ initium, saniores etiam ethnici pro suo modulo docuerunt: adeoque recte Agapetus diaconus *serm. ad Iustinian.*. hoc πρῶτον μάθημα appellauit. Verum non sufficere qualemcunque sordium suarum & miseri nostri status agnitionem rati sunt, nisi mutatio quædam in melius subsequatur: ideo tam sedulo iniunxerunt τὴν κάθαρσιν seu PVRGATIONEM tanquam præcipuum necessariumque ad similitudinem Dei consequendam remedium de quo tam multa leguntur apud Pythagoreos atque Platonicos autores. Quid? quod communis in sacris gentilium ritus fuit, lauacro seu baptismo nostro respondens, quem isti vocarunt τὰ καθάρσια. Quo de cæterisq; Græcorum mysteriis & gradibus cognitionis D. Clemens perspicue nobis memoriæ prodit lib. v. Strom. p. 248. sequentia: ἠ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυςηρίων, τῶν παρ' ἕλλησιν, ἄρχει μὲν τα καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λετρόν· μετὰ ταῦτα δ' ἐςὶ τὰ μικρὰ μυςήρια, διδασκαλιάς τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα, περὶ τῶν συμπάντων ἠ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ καὶ περινοεῖν τὴν δὲ Φύσιν καὶ τὰ πράγματα. *Non abs re ergo in mysteriis quoque, quæ fiunt apud Græcos, primum tenent locum expiationes & expurgationes, sicut etiam apud Barbaros lauacrum. Post hæc autem sunt paruæ mysteria, quæ habent aliquod fundamentum doctrinæ & præparationis futurorum. In magnis autem de vniuersitate rerum, non restat amplius discere, sed contemplari & mente comprehendere & naturam & res ipsas.* Et lib. vii. Strom. p. 303. de iisdem ritibus paganorum sic scribit: *Ante mysteriorum quoque traditionem, exhiberi oportere quasdam expiationes s. lustrationes,* καθαρμούς τινας, *iis, qui sunt initiandi mysteriis, vtpote cum oporteat, impia deposita opinione, ad veram conuerti traditionem.* Huc etiam referenda sunt illa lib. i. Strom. p. 119. ἀγὼν γὰρ καὶ ὁ προαγὼν, καὶ μυςήρια τά πρὸ μυςηρίων. *Certamen enim & præludium certaminis, & mysteria dantur, quæ præcedunt mysteria.* Scil. qui paruis mysteriis initiati erant, hi Mystæ vocabantur. Ad maiora vero

vero admissi, appellabantur Epoptæ, quibus id, quod in mysteriis erat sacratissimum, intueri licebat. Quemadmodum quoque Tertullianus *lib aduers. Valentin.* c. 2. de sacris Eleusiniis tradit: *Idcirco & aditum prius cruciant, diutius initiant linguam consignant* (quem ritum hodienum Papa obseruat, in creandis Cardinalibus) *cum Epoptas ante quinquennium instituunt, vt opinionem suspendio cognitionis ædificent.* Vid. etiam Meursius *de Cerere Eleusin.* ex quo & aliis auctoribus plura hanc in rem adfert Nurrius *Appar.* p. 1095. sqq.

§. XVI.

Quod igitur in mysteriis & sacris ratione quadam symbolica variis ritibus lustrationum, ab aliis memoratis, fieri solebat, id ipsum Pythagoras in Philosophiam transsumsit. Cuius mentem ac sensum de purgatione Hierocles ita exprimit, vt primum corpus fæculentis illis sordibus purgetur, quod fit certorum ciborum, maxime qui libidinem excitant, abstinentia, atque eiusdem generis legum & artium obseruatione. Quam materiam optime expositit Celeberrimus nunc in Academia Ienensi Theologus D. Buddeus diss. de *ἀσκήσει philosophica.* De illa vero sic sentit Hierocles p. 295. *Sed est quodammodo crassior istæc purgatio,* quia ad animale corpus pertinet; necessaria tamen nihilominus. Siquidem bene perspiciebant illi philosophi, quanta animæ, corporis vinculis innexæ, a male disposito corpore impedimenta nascerentur. Conf. Sap. IX. 15. Hinc etiam in sacris litteris exercitia, ad domandum & subigendum corpus instituta, haud plane inutilia censentur, sobrie modo usurpata, exemplo Pauli, 1. Cor. IX, 27. 1. Tim. IV, 8. Quamuis facile demus, sub hac doctrina de purgatione corporis aliquid impuri de materia, omnis mali origine, iuxta ethnicorum opinionem, esse occultatum. In se vero hæc doctrina; *corpus non quibuslibet rebus educandum, sed quibus solis oportet, item, τὸ καθαρεῖον sectandum in omnibus,* Sec. Hierocl. p. 188. 195. laudem potius, quam vituperium meretur. Sed mentis tamen purgatio

gatio potiſſimum requiritur: duo quippe coniungit Pythagoras in aureis ſuis verſibus: ἐν τε καθαρμοῖς, ἐν τε λύσει ψυχῆς, & *in purgationibus* (corporis) *& in ſolutione animæ*; quam intelligit de liberatione ab adfectibus. Hæc v. ſolutio animæ cum diſciplinis intellectum excolentibus, tum myſtica quadam ratione, quæ voluntatem potius adficit, perageba-tur. Nam ἐν τοῖς μαθήμασι ἐκκαθάιζεται τε τῶν αἰσθητῶν καὶ ἀναζωπυρῆται ἡ ψυχὴ ἵνα δή ποτε τὴν ἀλήθειαν ἴδιδεῖν δυνηθῇ, *diſciplinis purgatur a ſenſibilibus & excitatur anima vt veritatem aliquando peruidere poſſit.* lib. I. Strom. p. 123. Et iuxta Hieroclem: καθαρμοὶ λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστήμαι καὶ ἀνάγωγος λύσις ἡ διαλεκτικὴ τῶν ὄντων ἐποπτεία, *purgationes animæ rationalis ſunt mathematicæ diſciplinæ. Solutio autem ſurſum ducens, rationatrix eorum, quæ ſunt, inſpectio.* Idem habetur p. 304. coll. d ff ſuperioris §. XXXIII. Et p. 295. inquit: ψυχῆς λογικῆς, κατὰ μὲν τὸ λογικὸν κάθαρσις, ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια, *Animæ rationalis iuxta vim ratiocinandi purgatio, ſcientiæ effectrix veritas eſt.* Rationem indicat Hierocles p. 14. θάνατος γὰρ λογικῆς οὐσίας ἀθεία καὶ ἄνοια, ἃις ἕπεται καὶ ἡ περὶ τὸν βίον ἄμετρος τῶν παθῶν ἐπανάστασις. *Eſt n. ſubſtantiæ rationalis mors Atheiſmus & amentia, quam ſequitur in vita vehemens affectuum commotio. Cum enim meliora ignorantur*, pergit ille, *deterioribus ſeruire neceſſe eſt, nec datur aliter inde ad libertatem tranſitus*, ἢ τῇ δι' ἀναμνήσεως εἰς νοῦν καὶ Θεὸν ἐπιστροφῇ, *quam illa ad mentem & Deum conuerſione, quæ recordatione porrigitur.* Quoniam vero τῶν ὄντων mentio facta eſt, ſciendum, quod iſti philoſophi poſt Deum Creatorem tres illorum claſſes, ſeu *prima, media* & *vltima* entia poſuerint; ſc. Deos immortales ſeu Angelos, Heroas illuſtres, qui hominis modum ſuperant, propter corpus lucidum & immortale, & naturam humanam, tanquam Deitatis imaginem infimam in iis, quæ ratione prædita ſunt Hierocl. p. 17. 18. 290. alibique paſſim. Huic cœleſtium γνῶσιν vim purgatiuam tribuunt: quam Clemens, chriſtiano tamen ſenſu, concedit l. IV. Strom. p. 210. ἡ γνῶσις τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς κάθαρσίς ἐστι, καὶ ἐνέργεια

ἐστιν

ἐστιν ἀγαθή, *cognitio eſt principis animi partis purgatio & bona operatio.* Huc etiam refertur vſus Muſicæ & Poëticæ antiquus, de quo ſic Ariſtoteles VIII. Politic. Φαμέν δέ μεσικῆ χρῆσθαι δεῖν παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως, *Dicimus Muſica pretendum eſſe propter inſtitutionem & purgationem,* qua feri mores mitigentur ac deponantur. Ita Pythagoram ea vſum eſſe, tanquam καθάρσει καὶ ἰατρείᾳ, tradit Iamblichus. Muſica v. comitem trahebat Poëticam, quam Strabo lib. x. de Pythagoraeis adhibitam ait ψυχαγωγίας καὶ σωφρονισμῷ χάριν. Harum igitur remedio purgata anima, iam libera & perturbationibus vacua, apta Philoſophiæ, illorum quidem ſententia.

§. XVII.

At vero efficaciora adhuc remedia quærenda ſunt, quæ animi morbos, prauas opiniones & adfectus tollant. Nam iuxta Platonem lib. v. de Rep. non in Geometria, aut Aſtronomia, neque in Phyſicis rationibus, ſed in ſcientia veri boni Philoſophia conſiſtit. Sed quomodo mentes impuræ & adfectibus ſeruientes, a quorum dominio cultura ſupra dictarum artium non liberantur, cognoſcent veri ac ſummi boni rationem? Accedat igitur denuo Socrates, vel Plato cum Pythagora, & ex medullis ſuæ Philoſophiæ vlterius viam præſcribant atque commonſtrent. Hi quippe præter illam ſui cognitionem diligenter ſuis diſcipulis commendarunt μελέτην θανάτου, MEDITATIONEM MORTIS, tanquam optimum purgandæ & corrigendæ mentis adminiculum. Quam inſignem doctrinam B. Clemens tradit lib. v. Strom. p. 247. ex Moſis fonte profluxiſſe, eamque ſic deſcribit: θυσία δὲ ἡ τῷ Θεῷ δεκτὴ, σώματός τε καὶ τῶν τούτοις παθῶν ἀμετανόητος χωρισμός. ἡ ἀληθὴς τῷ ὄντι θεοσέβεια αὕτη. καὶ μή τι εἰκότως μελέτη θανάτου διὰ τοῦτο εἴρηται τῷ Σωκράτῃ ἡ Φιλοσοφία; ὁ γὰρ μηδὲ τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι μήτε τινα τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἐφελκόμενος, ἀλλ' αὐτῷ καθαρῷ τῷ νῷ τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνων, τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν μέτεισιν. *Sacrificium Deo gratum eſt corporis & adfectuum huius ſeparatio nun-*

nunquam pœnitenda. Hic verus cultus eſt. Num autem propterea merito dicta eſt a Socrate (loquente in Dialogo Platonis Phædone, vnde hæc ſumta ſunt) *Philoſophia meditatio mortis? Qui enim neque viſum adducit in cogitando, neque alium quendam ſenſum (huc) trahit, ſed ipſa pura mente ſe rebus applicat, is veram perſequitur Philoſophiam.* Vnde liquet, meditationem mortis intellectam fuiſſe de mortificatione ſenſuum, ne præiudicium nobis in cogitando & iudicando pariant, ſed menti hoc officium relinquatur integrum. Sed ipſorum quoque adfectuum & paſſionum vitioſarum enecationem hac regula iniunctam fuiſſe, B. pater verbis ſtatim ſubſequentibus euincit: *Hoc ſibi vult etiam Pythagoræ quinque annorum ſilentium, quod familiaribus ſuis imponit, vt ſcil. auerſi a ſenſibilibus, nuda mente Numen contemplentur. Hæc vero a Moſe accepta Philoſophiæ inſeruerunt Græcorum præſtantiſſimi. Is enim iubet holocauſta mactata membratim diuidi:* ἐπειδὴ γυμνὴν τῆς ὑλικῆς δοξᾶς γενομένην τὴν γνωστικὴν ψυχὴν ἄνευ τῆς σωματικῆς φλυαρίας καὶ τῶν παθῶν πάντων, ὅσα περιποιῶσιν αἱ κεναὶ καὶ ψευδεῖς ὑπολήψεις, ἀποδυσαμένην τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας τῷ φωτὶ καθιερωθῆναι ἀνάγκη. *Siquidem cognitione præditam animam, materiali pelle denudatam, ſine corporalibus nugis & omnibus vitioſis paſſionibus, quibuscunque modo obnoxiæ ſunt vanæ & falſæ illæ opiniones, carnalibus exutam cupiditatibus, luci conſecrari neceſſe eſt.* Clarius adhuc lib. II. Strom. p. 175. hanc rem ſic definit: εἴη δ' ἂν τοῦτο μελέτη θανάτου εἰ μόναις τοῖς κατὰ φύσιν μεμετρημέναις ὀρέξεσι, μηδὲν ὑπεροριζόσαις τῶν κατὰ φύσιν, ἐπί τὸ μᾶλλον ἢ παρὰ φύσιν, ἔνθα τὸ ἁμαρτητικὸν φύεται, ἀρκεῖσθαι βουλόισεθαι. *Hoc autem fuerit meditatio mortis, ſi ſolis iis, quæ iuxta naturam dimenſæ ſunt, appetitionibus, quæque nihil eorum, quæ ſecundum naturam ſunt, excedunt, declinando ad id, quod nimium, vel præter naturam eſt, vnde peccandi fomes quaſi naſcitur, velimus eſſe contenti.* Item lib. VII. Strom. p. 315. Αὐτίκα ὡς ὁ θάνατος χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, οὕτως ἡ γνῶσις, οἷον ὁ λογικὸς θάνατος ἀπὸ τῶν παθῶν ἐπείγων καὶ χωρίζων τὴν ψυχήν, καὶ προάγων εἰς τὴν τῆς

τῆς ἐυποιΐας ζωήν. *Iam vt mors animæ ſeparatio a corpore, ita eſt cognitio, velut rationalis mors* (conf. Rom. XII, 1.) *abducens & ſeparans animam, & deducens ad vitam bonorum operum.* Verum omnino Clemens noſter, occaſione ſumta a ſymbolo hoc gentilium, meditationem mortis longe ſolidius ad mentem Chriſti, abnegationem ſui omniumque rerum propter ipſius nomen exigentis, explicat: quæ vberiores declarationes citatis locis videri poſſunt. Sufficit impræſentiarum, ſimplicem illius dicti ſenſum ex Patre chriſtiano propoſuiſſe: quocum alii etiam Patres, qui pariter hanc ſententiam de mortis meditatione, velut oculum, amarunt adlegaruntque frequentius, facile conſentiunt. Ex quibus nunc tantum nominamus Hieronymum ep. III. ad Heliodor. T. I. p. 17. cuius hæc ſunt verba: *Platonis ſententia eſt, omnem ſapientium vitam meditationem eſſe mortis. Laudant hoc Philoſophi, & in cœlum vsque ferunt. Sed multo fortius Apoſtolus: Quotidie, inquit, morior per gloriam veſtram.* I. Cor. XV, 31. Vbi in ſcholiis p. 25. animaduertitur: *inepte craſſulos quosdam hanc Platonis ſententiam ſic interpretari, quaſi Plato iuſſerit nos aſſidue meminiſſe mortis;* more Cartuſianorum. Licet etiam hunc ſenſum non plane excludendum eſſe, aurea Pythagoræ carmina, quibus paſſim vltimum reſpicere fatum iubemur, edocere queant. Conf. ep. XVI. ad Principiam Virginem. p. 77. additis ſcholiis. Præclare etiam hoc argumentum tractauit Gregorius Naz. *Orat.* XII. *poſt reditum habita*, cum commentario optimo Eliæ p. m. 353. ſqq. Neque vero Patres tantummodo ſic explicant, ſed eundem eſſe ſenſum auctorum gentilium, pluribus oſtendit doctiſſimus Schefferus l. de Philoſ. Ital. c. VI. & IX. nec non Celeb. Buddeus diſſ. de καθάρσει Pythagoræo-Platonica. Hoc modo tenendum, quod mens priorum longe ſublimior & ſanctior hic deprehendatur, vt quamuis duo loquantur idem, non ſtatim idem fuerit.

§. XVIII.

Nunc *a priuatiuo ad poſitiuum*, h.e. a purgatione ſeu mortificatione ſui ad exercitium virtutum progrediamur. Hæc

enim duo non modo illi sacrorum ritus, supra memorati, innuebant, sed dilucide nos docet ipse Hierocles initio sui Commentarii, Philosophiam definiens, quod sit ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης, *vitæ humanæ purgatio & perfectio.* Quæ sic interpretatur: κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, καὶ τῦ θνητοειδῦς σώματος. τελειότης δὲ τῆς οἰκείας εὐζωΐας ἀνάληψις, πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα, *Purgatio quidem a materiali*, vt ita loquar, *irrationalitate, & mortifero corpore: perfectio vero, tanquam recuperatio felicis suæ vitæ, quæ ad diuinam similitudinem* (ceu vltimum finem) *reducit.* Nam, *quicquid animum meliorem facit, id certe virtus est, & Philosophiæ lex.* p. 100. Huc igitur præcipue spectant præcepta virtutum, seu regulæ vitæ, magno numero, nec sine pondere a gentilibus quoque traditæ: quæ videri ac legi possunt in laudatis Pythagoræ versibus, apud Epictetum, Arrianum, Antoninum, Senecam, Ciceronem de Officiis, aliosque plurimos, tam Græcos quam Latinos philosophos. Nos tantum, quanta fieri poterit breuitate, methodum eorum, maxime ex Clemente, delineabimus.

§. XIX.

Scil. omnium virtutis regularum summam hac vnica complecti voluerunt: ἕπε Θεῷ, SEQVERE DEVM. qua quid nobilius, quid grauius vnquam dici potuit? Hanc autem noster ex historia Abrahami Gen. XV, 1. decerptam adserit lib. 1. Strom. p. 168. Τάυτῃ ϖλέον ἐπαινετὸς ὁ Ἀβραὰμ, ὅτι ἐπορεύθη, καθάπερ ἐλάλησεν ἀυτῷ ὁ κύριος. ἐντεῦθεν ἀρυσάμενός τις τῶν παρ' ἕλλησι σοφῶν, τὸ ἕπε Θεῷ, ἀπεφθέγξατο. *Vnde magis laudandus Abraham, quod ambulauit, quemadmodum præcepit ei Dominus. Inde hauriens aliquis sapientum Græciæ, illud, sequere Deum, effatus est.* Iam expectares plane diuinam huius aurei dicti explicationem, sed naturalem ex ore Socratis audies apud Hieroclem p. 170. τῷ ὀρθῷ λογισμῷ διὰ πάντων ἡγεμόνι χρησόμεθα, τὸ Σωκρατικὸν ἐκεῖνο ϖληροῦντες, ὡς ἐγὼ ἑδενὶ οἷός τέ εἰμι πείθεσθαι τῶν ἐμῶν, πλὴν τῷ λόγῳ. ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ ὀρθὸς φαίνηται - - λόγῳ δὲ ὀρθῷ πείθεσθαι καὶ Θεῷ,

Θεῷ, ταυτόν ἐστι. *Recta ratione, tanquam duce, in omnibus vtamur, & Socratis illud impleamus, dicentis, nulli meorum* (h. e. mearum facultatum) *possum assentiri, nisi rationi, quæ recta meo iudicio visa fuerit.* Et paulo post: *Idem est rectæ rationi parere, atque Deo.* item p. 118. vbi conscientiam læsam vocat τὸν ἐν ἡμῖν παρανομέμενον ὀρθὸν λόγον, καὶ ὥσπερ τινὰ ἔνοικον Θεὸν πλημμελέμενον. Quo pertinent omnia illa dicta, quod *animus seu recta ratio, ministerio corporis*, vt cum Lactantio loquar, *non corpus ministerio animi vti debeat.* Vid. Hierocles p. 291. & alibi passim, illud sæpe grauiterque monens: *mentem esse aurigam, tanquam quæ ad hoc sit natura comparata, vt currui bene regendo præsit.* p. 300. In eo sane laudandus Socrates, quod *populum* semper habuit suspectum, quem ille *magnum erroris magistrum* nominare consueuerat; quod videret fere pessima placere pluribus. conf. Exod. XXIII, 2. sed in eo commiseratione forte non indignus, quod summum habuit principium, seu Deum magistrum, lucernulam illam naturalem mentis suæ, quæ tamen fœdo sui amore infinitis modis est corrupta ac depraua-ta. Satis fuisset, si hoc pædagogo altius quæsiuisset lumen, nec potius amore sui captus, in hoc lubrico rationis campo consedisset. Sed de hoc iam non disquirimus, verum illud nobis agendum, quomodo rectam rationem, καὶ τῇ γνώσει καὶ τοῖς ἔργοις secuti fuerint, vt sua quidem sententia summi finis compotes redderentur.

§. XX.

Certe, si Deum sequendum, huiusque similitudinem adipiscendam statuerunt illi Philosophi, *Deum* quoque *esse* & existere, crediderint necesse est. Non vna autem omnes ratione sibi Numen conceperunt: licet in eo, quotquot inter eos oculatiores fuerunt, consentire videantur; *vnum* esse & summum Deum, qui omnia fecerit, quique conseruet omnia, & negotium super vniuersum terrarum orbem curet. De quo vide sis testimonia a Clemente congesta in Protrepti-co, item lib. v. Strom. vbi p. 250. egregium Orphei, quem Theologum vocat, testimonium, adfert:

Εἷς ἔς αὐτοτελὴς ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.
ἢ πέφυκεν. γράφεται γὰρ καὶ ὅτως. ἐπιφέρει,
- - - δδέ τις αὐτὸν
Ἐισοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται,

Vnus perfectus per se, ex vno omnia facta, aut nata; nam sic quoque scribitur. Item : *Nullus & ipsum mortalis cernit, verum omnes adspicit ipse.* Maxime Socrates πολυθεότητα ratiociniis destruxisse fertur: quam ob causam Atheismi quoque ab idololatris ipsi crimen impactum est, vt Laërtius in vita eius tradit. Longe plura gentilium testimonia pro vno Deo magno studio congessit Excell. Pfannerus in *Theologia sua gentili* p. 53. sqq item de Prouidentia Dei ibid. c. VIII. quam noster tantopere in Philosophia requirit, vt omnem illam Philosophiam ex dicto Pauli Coloss. II. reiiciendam putet, quæ prouidentiam tollat, qualis fuit Epicureorum, Stoicorum omniumque, qui errauerunt in principiis statuendis colendisque: velut Thales, qui aquam, Diogenes, qui aërem, Hippasus, qui ignem principii loco posuit, καὶ οἱ τὰς ἀτόμους ἀρχὰς ὑποτιθέμενοι, φιλοσοφίας ὄνομα ὑποδυόμενοι, ἄθεοί τινες ἀνθρωπίσκοι καὶ φιλήδονοι, *& qui atomos tanquam principia supponunt, Philosophiæ nomen assumentes, impii quidam homunciones & voluptatum amatores.* Ad quæ verba Heruetus notat : *Clementem hic adprobasse doctrinam Platonicam, vt quæ rerum Deum statuat auctorem, & ab eius prouidentia omnia administrari, non autem Aristotelicam, quæ neget Dei prouidentiam transire orbem Lunæ*, l. v. Strom. p. 252. Quæ tamen cum grano salis accipienda sunt, ne omnes Platonis sensus B. patri tribuantur. Præterimus cetera, quæ de Dei natura & perfectionibus adferri possent. Hunc itaque Deum statuerunt mente pura, non thure & sanguine, nedum speciosis templis multisque cerimoniis esse colendum. Quemadmodum Alexandrinus pater in hunc sensum ex Euripide, Zenone & Platone allegat talia, quæ plane cum sacris litteris conueniunt lib. v. Strom. p. 249. item lib. VII. p. 303. sqq. Et lib. I. Strom. p. 131. de Numa, Pythgoræ, vt traditum

ditum eſt, imitatore, & ex Moſis legibus adiuto, memorat, quod interdixerit Romanis, ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεῷ κτίζειν, *ne homini aut animali ſimilem, Dei facerent imaginem*, ἐπεδείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νῶμας δι ἐπικρύψεως, ὡς ἂν ἐφάψαιτο τῷ βελτίστῳ δυνατὸν ἄλλως, ἢ μόνῳ τῷ νῷ. *Occulte enim eis indicarat Numa, quod id, quod eſt optimum, non alia ratione, quam ſola mente vlli licet attingere.* Ideo precibus maxime & ſupplicationibus venerandum eſſe ſupremum Numen decreuerunt: quas tanquam μεθόριον, ſeu *limitem medium* exiſtere, ait Hierocles p. 233, inter noſtram ἵκετησιν & Dei δόσιν, easque faciendas *cum voce*, iuxta traditionem Pythagorerum; *non quod, vt mihi quidem videtur, exiſtimarent, Deum non poſſe exaudire eos, qui tacite loquuntur, ſed quod iuſtas vellent eſſe preces, quas non vereretur quis fundere, multis eas ſcientibus.* l. IV. Strom. ſub finem. Non autem verbis tantum peragendas, ſed opere etiam illas firmandas, ita, *vt tanquam formam materiæ, preces operi adiungamus.* Hierocl. p. 235. Quamuis autem omnia bona, *maxime tamen cognitionem Deorum pro captu humanæ naturæ conſectantes, ab ipſis petamus nobis eam concedi.* Plutarch. de Iſid. & Oſir. princ. Coniungendum quoque cum precibus *ſtudium quotidianæ explorationis*, (quam alias ἐπιστροφὴν εἰς ἑαυτὸν dicere ſoliti ſunt) vt pote quod *diuinam in illis imaginem efficiat, qui illud amplectantur.* Hierocl. p. 215. Ante omnia vero Deum timendum: nihil enim prius nec antiquius eſſe timore Dei in ſtudio ſapientiæ. Nec quicquam referre, quod hic timor initio ſeruilis ſit: nam & hunc habere ſuum officium & vſum, nosque hoc velut freno a peccatis arceri, & ad Chriſtum dirigi adducique. Pluribus vide ſis argumenta noſtri Clementis in Analyſi Nurrii præfixa. Amandum quoque eſſe Numen, huic per omnia obediendum, ac voluntate eius ſimpliciter acquieſcendum, non raro dixerunt veteres: quorum ſententias magno ſtudio collegit *Guil. Mechouius in Philoſophia ſua Parænetica.*

§. XXI.

Hactenus officium Philoſophiæ in cultu Dei docendo vidimus: conſiderandum paucis nunc venit, qualia homini erga ſe ipſum officia præſcribat. Hæc generatim iam comprehenduntur illo γνῶθι σεαυτὸν: ſpecialius ea diuidit & ordine recenſet Hierocles p. 152. ſqq. Σὺ γὰρ εἶ ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ, σῶμα σὸν. τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ σώματος. ſcil. vt primum ponatur animus, deinde corpus, poſtea quæ extra corpus ſunt. Atque hoc ordine curam ſui gerendam eſſe adfirmat, ſi ⌈confuſionem vitare velimus⌉, niſi quod propter animum impedimenta⌈corporis primum remouenda ſint. De quibus Clemens lib. 1. Strom. p. 122. ἐγκράτειαν Φιλοσοφία ἐπαγγέλλεται γλώσσης τε καὶ γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα, *Philoſophia continentiam profitetur linguæ, ventris & eorum, quæ ſub ventre* ſunt. Hoc enim ſibi datum putat, vt primum efferata hominum ingenia & belluinos mores compeſcat, & ad humanitatem redigat, deinde eos ad ſimilitudinem Dei magis magisque perducat, vt ſtylo Pythagoreorum vtar, πρῶτον ἄνθρωπον δεῖ γενέσθαι, καὶ τότε Θεόν, *primo hominem fieri decet, deinde Deum:* quod alibi explicatur; *quantum patitur humanæ conditionis ratio.* Hierocles p. 6. & 218. καὶ πρῶτα γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς παρατίθεται παραγγέλματα. πρῶτον γὰρ δεῖ τάξαι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλογίαν τε καὶ ῥαθυμίαν, ἔπειτα ὅτως ἐπιβαλεῖν τῇ τῶν θειοτέρων γνώσει. *Orditur quippe ab eius virtutis præceptionibus, quæ in agendo eſt poſita. Primum enim perturbatio* (adfectuum & appetitus ſenſitiui) *& ignauia, quæ in nobis exiſtunt, in ordinem cogendæ ſunt, atque ita in diuiniorum rerum cognitionem incumbendum.* p. 4. ib. Videl. *vt homines dominari adſueſcant ventri ac ſomno, item libidini ac iræ,* ib. p. 12. ſqq. Vnde recentiorum præcepta Ethica fluxiſſe videntur, daß man aus beſtien erſt müſſe Menſchen machen. Noſter vero Clemens chriſtiane magis philoſophatur circa hanc materiam, Euangelio, ſeu fidei omnia tribuens: ἐπεὶ τὰς εἰς πίστιν ἀγείρας καὶ ῥᾳθυμὰς εἰς τὸν βίον, μηδὲ τῇ κατὰ νόμον δικαιοσύνῃ κεκαθαρμένας θηρία προσαγορεύει, μεταβαλόντες μέντοι ἐκ τοῦ εἶναι θηρία, διὰ τῆς κυ-

κυριακῆς πίστεως, ἄνθρωποι γίνονται Θεῷ κατ' ἀρχὴν, ἐκ τῷ θελῆσαι μεταβάλλεσθαι εἰς τὸ γενέσθαι προκόπτοντες. *Eos, qui ad fidem sunt agreſtes, & vita ſordidi, nec ea quæ eſt ex lege, iuſtitia purgati* (quales plurimi inter eruditos quoque proh dolor! ſunt(*appellat feras. Mutati autem ex illo beſtiarum ſtatu per fidem dominicam ſiunt homines Dei, primum quod velint mutari, poſtmodum proficientes,* vt etiam tales fiant. lib. VI. Strom, p. 272. Ergo longe compendioſius ac felicius inſtituit homines Philoſophiæ Chriſtiana, dum ſtatim ex malis, non hypocritas, ſed vere bonos reddit.

§. XXII.

Officiorum erga alios iuſtitiæ, miſericordiæ ceterarumque virtutum exercendarum pleni ſunt libri, vt facili negotio, ſi neceſſiras poſtularet, per ſingula præcepta Decalogi, huiusque tabulæ ſecundæ, loca conuenientia adduci poſſent ex Philoſophis. Id quod præter alios dudum præſtitit eruditiſſimus Pfannerus in citato libro *de Theologia gentili* c. XI. de Lege Dei. Ex noſtro Clemente huc pertinet longa commentatio de virtutibus, maxime beneficentia & manſuetudine erga alios, & ipſa etiam animalia, exercendis lib. II. Strom. p. 170. ſqq. vbi illud ſingulare eſt, quod nexum omnium virtutum inter ſe inuicem oſtendat, vt qui vnam habeat, omnes poſſideat. Vid. Analyſis Nurrii. Ac ſane nil magis, quam virtutis ſtudium iactant prædicantque gentiles, eamq; Dei imaginem in animo hominis vocant: ἐστὶ γὰρ ἀρετὴ εἰκὼν Θεοῦ ἐν ψυχῇ λογικῇ Hierocl. p. 237. quæ tamen prius ſancto mentis habitu acquirenda eſt, quam externis actibus ſe exerat. Sicut Plato in Theædeto inquit: *Oportet tentare huc illuc fugere quam celerrime* h. e. omnibus modis adlaborare. Φυγὴ δὲ ὁμοίωσις Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν. ὁμοίωσις δὲ δίκαον. καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι, *Fuga autem hæc ſeu ſtudium eſt Deo, quantum fieri poteſt, ſimilem reddi. Aſſimilatio autem eſt, iuſtum & ſanctum cum prudentia fieri.* l. I. Strom. p. 180. Imo ſummum bonum *in* ea, vel potius *per* eam virtutem quærebant

bant iuxta Speusippi, Platonis ex sorore filii, sententiam, quam nostet ibidem adducit: εἶεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικαί, *quod virtutes sint effectrices summæ felicitatis*, seu media perueniendi ad S. B. Vbi generalis regula obseruanda: *illud nobis non esse vtile, quod nos a diuina similitudine abducat*, & contra. Hierocl. p. 156. Quo loco mascule simul interrogat: *Quid quisquam afferat, quod tanti sit,* ἀποσῆσαι ἡμᾶς τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως Φιλοσοφίας, *vt nos a studio diuinæ similitudinis auocet*? Facile autem in hocce studio admiserunt gradus, quibus ad perfectionem sensu philosophico adscendendum sit. Nempe *hominem faciunt* αἱ πολιτικαὶ ἀρεταὶ, *diuinum autem plane reddunt* αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι ἐπιστήμαι. Conf. quæ de IV. Platonicarum virtutum gradibus, *politicis, purgatoriis, intellectualibus* & *exemplaribus*, ad triplicem Mysticorum statum, purgatiuum, illuminatiuum & vnitiuum accommodatis, doctissime commentatus est Celeb. *Iac. Thomasius Schediasm. Histor.* p. 110. sq. item 131. & Dn. Budde 9 laudata diss. de καθάρσει §. XVIII. Ideo in Pythagoricis præceptis præmittitur sermo de virtutibus, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς περὶ τὸν βίον μεγίστης χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι, *qui nos manuducat, ab vsu circa hanc vitam maximo ad diuinam similitudinem adscendere, seu a sensibilibus ad intelligibilia.* Qui ipse est decantatus ille Pythagoreorum ἄνοδος, *adscensio mentis* seu eleuatio animi, qua hic euehitur quasi, & emicat supra omnia: prout docte explicuit Schefferus Phil. Ital. c. IX. Huc alluisse videtur Pherecydes in Theologia sua allegorica, ex qua adlegatur, licet verbo tantum, ὑπώπτερος δρῦς, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον Φάρος, *quercus alata & varium, quod in ea est, pallium.* lib. VI. Strom. p. 272. Alarum autem nomine, qua metaphora Pythagorei sæpius vtuntur, nihil aliud intelligebant, quam motum animæ vehementem, quo vt corpora, ita animæ ad superiora raperentur. Inde etiam lucem accipiunt, quæ de virtute ἀκροτάτη & τελικῇ, a gentibus dici solent: siquidem & illi verba faciunt *de charitate philosophica*, de qua lib. V. Strom. p. 236. ex Platonis Phædro in medium proferun-

feruntur, hæc non vulgaria: *Animam cum per ſe fuerit* (h. e. ſolutam vinculis cupiditatum) *ſolam poſſe veræ ſapientiæ, & quæ humanas vires ſuperat, virtutis eſſe participem, ὅταν αὐτὴν ὁ ἐνθέν δε ἔρως εἰς ἀρανὸν ωτερώσῃ διὰ τῆς Φιλοσόφȣ ἀγάπης εἰς τὸ τῆς ἐλπίδος τέλος ἀφικομένην, φησὶν ἄλλȣ βίȣ ἀϊδίȣ ἀρχὴν λαμβάνειν, quando ipſam cœleſtis hinc amor eleuauerit, per philoſophicam charitatem ad ſpei finem pertingere inquit, & alterius vitæ æternæ initium ac præguſtum capere.* Quæ ſane eximia ſunt, & naturalem captum ferme ſuperant. Talia quoque occaſione beatitatum Chriſti Matth. V. ex eodem Platone profert noſter l. IV. Strom. p. 209. *Qui autem ad ſancte viuendum eximie fuerint vocati, ii ſunt, qui a terrenis velut a carceribus liberati & ſoluti, ſurſum ad puram perueniunt habitationem. Et rurſus apertius idem dicit: Ex iis ipſis, qui in Philoſophia ſatis ſunt expurgati, ſine corporibus* (intellige, craſſis, impuris) *omnino viuunt in omne tempus - - & venient in habitationes his adhuc pulchriores, quæ nec ſunt explicatu faciles, nec tempus ad id ſufficit in præſentia.*

§. XXIII.

Hac ratione & via illi Pythagorei & Platonici philoſophi ſummum bonum ſummamque in hac & altera vita felicitatem ſe adepturos exiſtimarunt, ſcil. *purgatione ſui & imitatione Dei*, ſeu virtutum ſtudio: ſic alios docuerunt. Sed quorſum hæc omnia? num vt hanc veram eſſe viam conſequendæ ſalutis ac felicitatis putemus? Abſit hæc mens a Chriſtianis, qui longe meliora & ſalubriora a Chriſto vnico doctore, extra quem nec vera γνῶσις, nec δύναμις ad ſalutem datur, edocti ſunt. In verbis ſane non conſiſtit regnum Dei: plus omnino requiritur. Fons peccati & gratiæ detegendus, & Chriſtus, quem miſeri illi ignorarunt, tanquam ſapientia & virtus Dei ad oculum demonſtrandus, & fide apprehendendus eſt; ſi quidem vera emendatio, nec ficta quædam probitatis ſpecies, expectanda, ſique finis ſummi boni fuerit obtinendus. Quid dicent illi de imagine Dei, cuius inſtaurandæ intra animum rationem intimam nemo, niſi Spiritu Dei docente, intelligere poteſt? Aut quid prodeſt, finem ſine ſufficientibus mediis ac ſubſidiis nominaſſe? quod non modo gentilibus illis, ſed etiam plurimis

Christianis, qui in eodem luto naturæ & humanarum virium cum illis hærent, accidit. Nec iuuat, multa de externa corporis purgatione, vel hypocritica & coacta adfectuum suppressione, nec non de virtutum studio harumque gradibus, & speculatiua quadam perfectione, velut de ideis Platonicis, non sine fastu, differuisse. Vana & frustranea sunt omnia illa præcepta & adminicula, nisi cor fide purgetur, Act. XV. Deo reconcilietur, Eph. II. 2. Cor. V. gratia, non ciborum delectu, Hebr. XIII. firmetur? Relinquent ergo Summum Bonum, rectam Rationem, Virtutes veras, Christianis, qui non modo rectius intelligunt, sed per Christum quoque illa omnia possident. Quid igitur? num bene dicta a gentilibus taxanda & reiicienda? nullo modo. Veritas etiam in aduersario laudanda, & instar radii aut vestigii diuini æstimanda. Ideo manent illa testimonia, & a nobis memorantur, vt appareat, Deum nullo tempore se siuisse ἀμάρτυρον. Act. XIV, 17.

§. XXIV.

Quamobrem, cum illa media Philosophiæ ad salutem haudquaquam sufficiant, sed hoc negotium ex verbo Dei cognoscendum sit, nihil aliud supereſt, quam vt Philosophiam nostro statui accommodemus. Cuius finem ex Clemente supra posuimus vitæ humanæ vtilitatem, quæ vt obtineatur, tria potissimum media adhibenda sunt, Ethnicis haud ignota: *Φύσις, μάθησις, ἄσκησις, bona indoles*, seu capax ingenium, *institutio & exercitatio*. De quibus vt fuse nunc differamus, nulla ratio suadet: cum vel a Plutarcho de puerorum educatione, horum vberior explicatio peti queat. Equidem hæc media nimis esse generalia fateor, accommodata tamen, vt reliquis studiorum generibus, ita etiam philosophico. Quibus specialia multo plura adhuc iungi possunt: quæ vero enarrare nunc supersedemus, quod alii hoc munus dudum occuparunt. Ex quibꝰ cõmendari merentur *Dn. Poireti liber de Eruditione*, vna cum Pl. Rev. *Langii Medicina Mentis*, nec non *Cl. Vockerod Commentatio de Eruditione*, variæque eius *Consultationes*. Quodsi Deus annuerit, aliam de Methodo philosophandi dabimus dissertationem, qua compensabitur, quæ nunc addere haud licet.

CAP.

umanarum virium
ta de externa cor-
ta adfectuum sup-
mque gradibus, &
eis Platonicis, non
unt omnia illa præ-
Act. XV. Deo re-
n ciborum delectu,
Summum Bonum,
anis, qui non mo-
quoque illa omnia
gentilibus taxanda
aduersario laudan-
da. Ideo manent
t appareat, Deum
IV, 17.

osophiæ ad salutem
m ex verbo Dei co-
m vt Philosophiam
nem ex Clemente
quæ vt obtineatur,
nnicis haud ignota:
apax ingenium, *in-*
c differamus, nul-
rorum educatione,
quidem hæc media
tamen, vt reliquis
nico. Quibus spe-
quæ vero enarrare
udum occuparunt.
ber de Eruditione, vna
on *Cl. Vockerod Com-*
ultationes. Quodsi
handi dabimus dis-
c addere haud licet.

CAP.

CAP. III.
De
Vsu Philosophiæ.

§. XXV.

POstquam & finem Philosophiæ vltimum & media eo ducentia, sensu tam gentilium quam Christianorum, considerauimus, supereſt, vt diuersum quoque illius vsum videamus, memores regulæ Flacianæ in Opere Logico: *finis rei est vnus, vsus autem multiplex.* Idque pariter duplici ratione præstabimus: vt primum appareat, quem vsum olim habuerit Philosophia apud gentiles; & quem deinde apud Christianos nacta fuerit, ac etiamnum possideat. Sed, quoniam Auctor noster suspiciones plurimorum incurrit, quod nimium Philosophiæ faueat, eamque Theologiæ misceat, non sine damno doctrinæ euangelicæ, maxime quod ad salutem gentilium attinet, certa quædam momenta supponamus prius necesse est, quæ lucem toti huic negotio adfundent, efficientque, vt dubia quæuis eo facilius postmodum soluantur.

§. XXVI.

Demonstraturi itaque vsum Philosophiæ inter gentiles ex mente & scriptis Clementis, supponimus 1. Patrem hunc per Philosophiam non intelligere certum systema huius vel illius sectæ philosophorum, nec eam sumere, quatenus corrupta, male applicata & christianæ religioni ab hostibus veritatis opposita fuit: sed *quæcunque ab omnibus sectis recte dicta sunt, quæ docent iustitiam cum pia scientia* lib. 1. Strom. imo quæ conueniunt cum S. Scriptura, & tantum non ex ea deprompta sunt; hoc ipsi est Philosophia. Id quod ex præcedentibus dissertationibus abunde satis constare potest. 2. Illum gratiam Iesu Christi nequaquam minuere, sed doctrinam de iustificatione hominis coram Deo per meritum Christi tradere & seruare puram, licet non sine ordine &

officiis homini debitis: quod partim ex oratione, *num quis diues saluetur?* elucet, partim infra vlterius tractabitur & vindicabitur. 3. Eum loqui secundum œconomiam temporum ex sua pariter, aliorumque philosophorum conuersorum experientia, qui optime norant, quantum ipsis Philosophia profuisset. Hisce suppositis, sciant velimus benev. lectores, nos interpretari tantummodo sensum Clementis, & quantum commode & salua veritate fieri potest, imo debet, eum ab iniquioribus censuris vindicare: non vero hæc proponere ad imitandum, quia de industria lapidem offensionis non esse ponendum, nec veteres controuersias recoquendas in ecclesia, didicimus.

§. XXVII.

Vtilis ergo primum in genere Philosophia est ad naturam colendam, mitigandam corrigendamque suo modo, iuxta Poëtam:

- - - didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Quod Auctor noster calculo suo confirmat lib. I. Strom. p. 123. τροφὴ καὶ ἡ παίδευσις ἡ χρηστὴ σωζομένη, φύσεις ἀγαθὰς ποιεῖ. καὶ αἱ φύσεις αἱ χρηστοὶ, τοιάυτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι, ἔτι βελτίους τῶν πρότερον φύονται. *Educatio & bona, quæ seruatur, institutio bonas efficit naturas: & bonæ eiusmodi naturæ, talem suscipientes disciplinam prioribus adhuc fiunt meliores,* Ex rudibus enim & ineptis idonei sæpe fiunt ad cogitationes & iudicia rectius formanda: quod Clemens ibidem dicit γυμνάζειν τὸν νῶν καὶ διεγείρειν τὴν σύνεσιν, *mentem exercere & expergefacere quoque intellectum.* Conf. Diss. II. §. XXII. & huius §. XXI. XXII. licet omnino hæc eruditio non sit solida, sed superficiaria, vtpote vero fundamento & fine destituta.

§. XXVIII.

Speciatim ethnicis quondam vtilis & necessaria in illo statu Philosophia fuit, ὡς ζήτησις περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ προπαιδεία τῆς ἐν χριστῷ ἀναπαύσεως, *tanquam inquisitio veritatis, & præuia quædam institutio illius, quæ in Christo est, quietis.*

Strom.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0056
DFG

Strom. I. p. 123. h. e. *tanquam pædagogus in Christum* ib. p. 122. *cum lege Israëlitarum certo sensu comparandus: vt, quod Israëlitis fuit lex, hoc gentibus fuerit Philosophia.* Nam dantur multiplices propædiæ, multi modi seu viæ pro sapientia Dei, homines ad iustitiam manuducendi, quas noster colligit primum ex illo πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως Hebr. I. addens ἐξήγησιν: διὰ τέχνης, διὰ ἐπιστήμης, διὰ πίστεως, διὰ προφητείας: *omnem quippe sapientiam esse a Deo, & apud ipsum manere in perpetuum.* Sirac. I, 1. Deinde ex Prou. IV, 10. 11. 18. 21. ἵνα σοι γένωνται πολλαὶ ὁδοὶ βίου, cetera. ὃ δὴ μόνου ἑνός τινος δικαίου ὁδὸς τελείους σωτηρίους κατέλεξεν. ἐπιφέρει δὲ ἄλλας πολλῶν πολλὰς δικαίων ὁδούς — ἔτεν δ' ἂν καὶ αἱ ἐντολαὶ καὶ αἱ προπαιδείαι, ὠφέλιμοι τῷ βίῳ. *Non sane ibi tantum vnius cuiusdam iusti vias plures salutares recensuit, sed infert plures multorum seu multiplicium iustorum vias: siquidem etiam præcepta & propædeuticæ disciplinæ fuerint viæ quædam & adminicula vitæ.* Idque sic vult intelligi: μία μὲν τῆς ἀληθείας ὁδὸς, ἀλλ' εἰς αὐτὴν καθάπερ εἰς ἀένναον ποταμὸν, ἐκρέουσι τὰ ῥεῖθρα ἄλλα ἄλλοθεν, *Vna quidem est veritatis via* (quæ Christus est Ioh. XIV, 6.) *verum in eam tanquam in fluuium perennem alia aliunde fluenta influunt.* p. 122. quia Theologia naturalis eundem finem, quem reuelata, habet, Deum. Suo igitur modo præcipit, docet, impellit discipulos, vt hunc consequantur, quod capite secundo declaratum est. Quidni igitur Philosophia sit propædia, vel hoc sensu, vt homines iuxta conscientiam viuere volentes, in varias naturæ difficultates & calamitates prolapsi, maiorem gratiam anhelare, & alia media, quæ sufficiant, circumspicere cogantur? Ergo, quod lex reuelate *directe* magis præstat, illud naturalis *indirecte*; vt philosophi loquuntur. Hunc itaque in finem ex sententia nostri Patris Philosophia Græcis data fuit, vt viam quodammodo sterneret, in animis scil. non malitiosis, hos ad iustitiam adsuefaciendo: quam si pro viribus amplexi & secuti fuissent, vberiorem postea gratiam nanciscerentur. τοῖς γὰρ ὑπὸ φιλοσοφίας δεδικαιωμένοις, βοήθεια θησαυρίζεται, καὶ ἡ εἰς θεοσέβειαν συναίσθησις· ἣν μὲν ἔν

lone, *num quis diues*
ctabitur & vindi-
omiam temporum
conuersorum ex-
psis Philosophia,
enev. lectores, nos
tis, & quantum
imo debet, eum
vero hæc propo-
m offensionis non
s recoquendas in

osophia est ad na-
mque suo modo,

at lib. I. Strom. p.
ιένη, φύσεις ἀγα-
παιδείας ἀντιλαμ-
. *Educatio & bona,*
& bonæ eiusmodi na-
adhuc fiunt meliores,
fiunt ad cogitatio-
emens ibidem dicit
mentem exercere &
l. II. §. XXII. & huius
non sit solida,
nto & fine desti-

& necessaria in illo
ἀληθείας, καὶ προ-
m inquisitio veritatis,
Christo est, quietis.
Strom.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0057
DFG

πρὸ τῆς τῦ κυρίυ παρυσίας εἰς δικαιοσύνην ἕλλησιν ἀναγκαία Φιλοσοφία. *Iis n. qui a Philoſophia iuſtificati fuerunt, auxilium tanquam theſaurus reconditur, & ſenſus ſeu adfectus ad verum Dei cultum ducens: erat igitur* (hac ratione iuxta œconomiam temporum) *Græcis Philoſophia neceſſaria* ANTE DOMINI ADVENTUM, tanquam ὑποβάθρα τῆς κατὰ χριςὸν Φιλοσοφίας, *ſcabellum & infimus gradus, quo ad veram Chriſti Philoſophiam adſcenderent* l. VI. Strom. p. 275. πάντων μὲν γὰρ αἴτιος τῶν καλῶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν μὲν κατὰ προμγύμενον, ὡς τῆς τε διαθήκης τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας. τῶν δὲ κατ' ἑπακολύθημα, ὡς τῆς Φιλοσοφίας. *Omnium quippe bonorum auctor Deus: ſed aliorum quidem principaliter, vt Veteris & Noui Teſtamenti, aliorum vero conſequenter, ſicut Philoſophiæ.* lib. I. Strom. p. 121. & 122.

§. XXIX.

En habes genuinam Clementis ſententiam de vſu Philoſophiæ præcipuo, quantum ad gentiles attinet. In qua illud durum & veritati de fide iuſtificante omnino contrarium videtur, quod Clemens moratiores dicat gentiles *per Philoſophiam fuiſſe iuſtificatos.* Sed recte Clementem hac in parte vindicat Nurrius Appar. p. 111o. ſqq. Patrem loqui de vera Philoſophia, cuius Deus auctor eſt, quæque ex diuinis Hebræorum traditionibus ac fontibus in gentiles deriuata, vel ab his potius rapta eſt; quod iam ſupra præmonuimus: deinde hic intelligendam eſſe iuſtitiam & iuſtificationem inſufficientem & moralem, minime vero illam perfectam, quæ ad ſalutem requiritur; quod nos quoque iam ante lectionem Nurrii in Clemente obſeruauimus. At pro ſe ipſo hic reſpondeat ex lib. I. Strom. p. 137. *Quanquam per ſe* (h. e. ſua ratione, modo & forma ipſi competente) *aliquando Græcos iuſtificabat Philoſophia, tamen non ad vniuerſam & generalem iuſtitiam,* ἣν εἰς τὴν καθόλυ δὲ δικαιοσύνην, quæ ipſa eſt gratia iuſtificans. Quid clarius dici potuiſſet, quam externam illam iuſtitiam non ſufficere ad ſalutem, ſed pleniorem requiri? Addendus huic alius quidam inſignis locus p. 124. vbi extat communis obiectio: *quod tamen nonnulli bene vixerint,* (moraliter ſcil. ſeu honeſte,) etiamſi non habuerint di-

distinctam de negotio salutis cognitionem. Cui respondet: *Abraham vero non ex operibus iustificatus est, sed ex fide.* ᾀδὲν ἂν ὄφελος ἀυτοῖς μετὰ τὴν τελευτὴν τ῀ βίȣ, καὶν ἐυεργεῖς ὥσι νῦν, εἰ μὴ πίςιν ἔχοιεν. *Nihil igitur proderit iis post finem vitæ, etiamsi nunc recte operentur,* (iuxta legem naturæ) *nisi fidem habuerint.* Quem locum velut clauem orthodoxiæ Clementis hoc in articulo ducimus, vt, qui hunc viderit ac perpenderit, non possit non absoluere illum Patrem a siniſtris imputationibus, eumque defendere aduersus iniquas aliorum censuras. Ceterum, quid sentiendum de virtutibus gentilium & actionibus moraliter bonis, satis excussum a Vossio *Histor. Pelag.* lib. III. P. 3. Chemnitio *in Locis*, Ven. D. Antonio *tract. de Natura & gratia*, aliisque.

§. XXX.

Obiici tamen adhuc contra puritatem Clementis aliqua posse videntur, quod Philosophiæ concedat auxilium & vim *cooperantem* in ordine salutis. Audiamus ea de re nostrum lib. I. Strom. p. 137. vbi sedes huius materiæ est, sic differentem: Ἡ φιλοσοφία πρὸς κατάληψιν τ῀ς ἀληθείας, ζήτησις ἔσα ἀληθείας, συλλαμβάνεται. ἐκ αἰτία ἔσα τ῀ς καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία καὶ συνεργός, τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον -- ἕτω μιᾶς τ῀ς ἀληθείας, πολλὰ τὰ συλλαμβανόμενα πρὸς ζήτησιν ἀυτ῀ς. ἡ δὲ ἔυρεσις δι ὑιȣ̃. *Philosophia confert aliquid ad comprehensionem veritatis, vtpote cum sit inquisitio veritatis: non tanquam causa comprehensionis vel cognitionis, sed cum multis aliis id efficit & cooperatur, quam forte concausam dicere possemus. -- Sic vna licet sit veritas, multa tamen sunt subsidia, quæ faciunt ad illius studium: non aliter vero quam per Filium inuenitur.* Semper hic repetendum & inculcandum, non de corrupta, sed vera Philosophia sermonem esse, quæ est nonnullis quasi ordo diuinus, seu vt noster loqui amat, *tanquam primus & secundus gradus ei, qui in cœnaculum adscendit, & sicut Grammatica philosophaturo.* Non vero tanquam medium omnibus necessarium: siquidem multi, etiam illo tempore, sine litteris & Philosophia græca, efficaci Euangelii verbo permoti, quod barbaram ac diuinam vocat Philosophiam, crediderunt. Præterea nec *sola* debet con-

concipi Philoſophia ſed, coniuncta cum multis aliis mediis & occaſionibus ſalutis: quoniam per ſe veritatem non poteſt efficere, (καθ' ἑαυτὸ δὲ μὴ δύναται τὸ ἀποτέλσμα τὸ κατ' ἀλήθειαν παρέχειν) ſed iuſtitiam tantum moralem, de qua §. præced. Per ſolum vero Dei Filium reperitur veritas, ſine quo philoſophi omnes paruuli ſunt ac ſerui, niſi per Chriſtum viri fiant ac liberentur. p. 127. Ergo hic recte conſtituitur veritatis cauſa *efficiens* principalis ac totalis, reliqua omnia ſunt *inſtrumenta* inſeruientia & adiuuantia, alia quidem magis, alia minus, iuxta œconomiam Dei diſpoſita. Quodſi quid dubii hac in cauſa remanet, memineris, nec Clementem ſimpliciter & abſolute, ſed dubitanter (τάχα, bis p. 137. quem locum adlegauimus, & p. 122.) rem, quod ad certas locutiones attinet, definire, vt, ſi quæ duriora, præſertim ante Pelagianam hæreſin, dicta occurrant, mitiorem omnino explicationem mereantur; vel, ſi pomum eridos inde ab aliis conficitur, bona illius pace prorſus omittantur; quia non verborum, ſed rerum nos eſſe decet amatores.

§. XXXI.

Hactenus vſum Philoſophiæ apud gentiles vidimus: nunc quid ea præſtet inter Chriſtianos, paucis perpendamus. Vbi primum illud occurrit, quatenus Chriſtiani tantum vt homines conſiderantur, Philoſophiam inter ipſos eandem, quam de gentilibus prædicauimus, habere vtilitatem. Nam & ingenia illorum pariter excolit, & vitam honeſtam ſuadet, & ad Chriſtianiſmum ſequendum impellit. Et ſic Philoſophia ſemper manet προγυμνασία, προπαιδεία, ζήτησις περὶ τῆς ἀληθείας quibus: nominibus eam communiter inſignit Clemens. Alia tamen eſt ratio apud Chriſtianos, qui medio conuerſionis efficiendæ proprio gaudent, verbo Dei, ex quo velut ex fonte viuo ac perenni haurire licet, quæcunque ad viam ſalutis cognoſcendam neceſſaria fuerint, vt non opus habeant abire ad lacunas, &, vt Scriptura vocat, perfractos rationis fontes, qui nullam ſalubrem aquam continent Ier. II. 13. Ceterum varios Deus vſurpat, vel admittit conuerſionis modos,

dos, dum non raro vani ac mundo ſuæque rationi ſeruientes animi hoc ipſo in campo exercentur, & cum requiem in ſuis aliorumue ratiociniis non inuenerint, moti ſubinde etiam naturalibus principiis, ac ſobrie inde formatis concluſionibus, veritati deinceps eo facilius, accedente ſpeciali gratia, manus dant, vt hoc modo Philoſophia ipſis pædagogus ad veritatem chriſtianam fiat. Verum plures abortus hoc in genere videas illorum hominum, qui ratione ſuperba, ſemel in thronum collocata, vtentes, omnia, etiam diuina oracula, ſiniſtre diiudicant. Vnde facilius poſtmodum aditus ad ipſum Atheiſmum patet. Quare omnino tutius fuerit, verbo gratiæ patulas aures & cor obſequioſum præbere, quam per mille ambages & anfractus opinionum ſententiarumque humanarum diuagari.

§. XXXII.

Sed nunc ex Clemente propius diſpiciamus, ad quid Chriſtianis vtilis ſit Philoſophia: quia medium ſalutis eſt Verbum Dei. *Itaque ſententia noſtri Patris hæc eſt: Philoſophiam non quidem ad eſſentiam religionis ac veritatis referendam eſſe, huic tamen melius explicandæ, illuſtrandæ, & quod præ cæteris vrget, aduerſus hæreticorum & aduerſariorum impetus defendendæ, omnino conducere; habere aliquam ſuauitatem, condimenti loco habendam; nullamque Philoſophiæ partem dari, quæ non peculiarem vſum inueniat.* Id quod nunc ſigillatim claris textibus prolatis oſtendemus.

§. XXXIII.

Quod Philoſophia ad *eſſe* religionis, vt barbare loquar, nihil plane conferat, ex eo facile adparet, quod ſupra iam allatum eſt, ex lib. I. Strom. p. 133. eo tempore fere omnes ſine diſciplinis philoſophicis, aliquos etiam ſine litteris, ad Chriſtum fuiſſe conuerſos. Et p. 123. καὶ ἄνευ γραμμάτων πιστὸν εἶναι δυνατὸν φαμέν, *etiam ſine litteris fidelem aliquem eſſe poſſe adfirmamus.* Imprimis mentem ſuam hac de re expromit p. 138. quod *Saluatoris doctrina per ſe quidem ſit perfecta, nec rei cuiusquam indigeat, vt quæ Dei virtus & ſapientia ſit. Accedens autem græca Philoſophia non potentiorem reddat veritatem, ſed hoc tantum præſtet, vt ſophiſticus conatus nihil aduerſus eam poſſit.* Ergo, vt in ſcholis loqui ſolemus, Philoſophia *non quidem ad eſſe* veræ religionis

quicquam confert, ſed tamen *ad bene eſſe*. Atque id ipſum noſter magno ſtudio agit, vt clariſſime ob oculos omnium ponat atque euincat, vtilem eſſe etiam Chriſtianis philoſophicum apparatum, licet non neceſſarium. Ac primum quidem vſum eius deprehendi in *explicandis* Scripturis adſeritur l. 1. Strom. p. 126. *Mens prophetici & docentis Spiritus occulte loquens, propterea quod non ſint aures hominum intelligentes, artificioſas doctrinas exigit ad explicationem.* Quod ipſum, vt præcedentia docent, præcipue intelligi vult de ſoluendis æquiuocationibus & ἀμφιβολίαις: quod officium ſibi Logica potiſſimum vindicat. Sed minime diffitendum, maiores partes h. l. ſibi ſumere Philologiam ſacram, quantùm ad interpretandas Scripturæ voces, harumque ſenſum litteralem euoluendum, attinet. Poteſt tamen, prout etiam noſtra ætate fieri ſolet, hoc ſtudiorum genus Philoſophiæ accenſeri.

§. XXXIV.

Ad *illuſtrationem* veritatis non parum Philoſophiam conferre, Clemens ſequentem in modum probat, lib. 1. Strom. p. 125. Quemadmodum, inquit *in agricultura, ita etiam in medicina, ille vtiliter didicit, qui varias attigit diſciplinas, vt poſſit melius colere & curare. Ita hic etiam eum bene & vtiliter eruditum* (χρήσομαθῆ) *exiſtimo, qui omnia refert ad veritatem, adeo vt ex Geometria & Muſica, & ex Grammatica & ipſa Philoſophia colligens, quod eſt vtile, nullis inſidiis interceptam ſeruet fidem. Nam & gubernator, qui multa vidit & compertа habet, & medicus experientiſſimus laudantur. Qui autem ſingula refert ad rectam vitam, exempla afferens ex Græcis & ex Barbaris, is valde peritus veritatis inueſtigator* (πολύπειρος ὅτος τῆς ἀληθείας ἰχνευτὴς) *& multi reuera conſilii inſtar lapidis Lydii, creditur poſſe diſcernere aurum adulterinum a probo, & aptus eſſe ad ſeparandum, qui ex nobis habet multam rerum experientiam & cognitionem, ſc. Sophiſticam a Philoſophia, culinariam a medicina &c.* Speciatim autem hoc fuſius demonſtrat lib. VI. Strom. p. 278. ſcil. Gnoſticum vere talem omnibus artibus ac diſciplinis vti. Conferri meretur Philo tract. *περὶ τῆς, εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδε, de Congreſſu quærendæ eruditionis gratia;* & lib. *de Agricul-*

cultura p. 188. sqq. item Wowerius *de Polymathia* c. XXV. p. 217. sqq. it. p. 222.

§. XXXV.

In *defendenda* veritate vsui esse Philosophiam, ac præcipue Logicam, non est, vt multis nunc ex Clemente ostendamus, cum id iam factum sit programmate hac de re edito. Vnum modo adducimus, Logicam propterea *vallum ac sepem veritatis* a patribus & philosophis fuisse appellatam, *ne veritas conculcetur a sophistis.* lib. IV. Strom. p. 278. coll. *Vita Zenonis* apud Laërtium p. 389. & 393. sqq. ed. nov. Non igitur pugnat Dialectica & Rhetorica cum bonis Christianorum operibus. *Recreat enim animam oratio, & hortatur ad studium bene operandi.* Μακάριος δὲ ὁ περιδέξιος, *Beatus qui pro dextra vtraque manu vtitur.* lib. I. Strom. p. 126. Ex his igitur, quos indicauimus, vsibus concluserunt haud immerito doctores Ecclesiæ, *Philosophiam Theologiæ ancillari:* quæ sententia egregie illustratur a Patribus, adhibitis Hagaris & Saræ exemplis. Strom. I, p. 122.

§. XXXVI.

Nec vtilem modo, sed *iucundam* quoque & delectabilem esse sapientiam humanam noster autumat lib. I. Strom. p. 138. Καὶ ἡ μὲν, ὡς ἄρτος, ἀναγκαῖα πρὸς τὸ ζῆν, ἡ κατὰ τὴν πίστιν ἀλήθεια. ἡ προπαιδεία δὲ, προσοψήματι ἔοικεν καὶ τραγήματι. δεῖπνα δὲ λήγοντος, γλυκὺ τρωγάλιον, κατὰ τὸν Θηβαῖον πίνδαρον. *Et illa quidem, quæ est iuxta fidem, veritas tanquam panis necessaria est ad viuendum. Propædia vero est obsonio simili & bellariis. Desinente autem cœna, suauis est placentula, iuxta Pindarum Thebanum.*

§. XXXVII.

Nunc satisfaciendum obiectionibus, quæ antiquis & nostris temporibus contra studium Philosophiæ formatæ sunt. Quibus omnibus Auctor noster grauiter nec solide minus respondet. Bonæ ergo nonnunquam mentes obiicere solent: *necessaria tantum tractanda; quæ contineant fidem*, extranea vero & superflua prætermittenda, vtpote quæ nihil conferant ad finem; doctrinam Christi satis esse perfectam. Respondem9illa omni-

omnino faciendâ, hæc autem propterea non omittenda aut negligenda, cum sint ornamento & vsui, vt supra ostensum Vid lib. 1. Strom. p. 120. 125. Porro alii maiori impudentia & præcipitantia, *Philosophiam*, dicunt, *habere auctorem malum aliquem Dæmonem*. Hoc noster constanter pernegat, contra adserens, illam esse opus prouidentiæ diuinæ, si œconomiam seu rationem temporum spectes. Vid. diss. II. §. XVII. Item: Christum & Apostolos talia adminicula non vsurpasse, imo Paulum prohibuisse studium Philosophiæ Col. II. Quibus sic obuiam it noster: Nec Christum (Matth IV.) nec Apostolos sine rationibus & argumentis exactis disseruisse; deinde non sequi, si illi donis summis & extraordinariis instructi fuere, a nobis, qui longe inferiori gradu subsistimus, media ordinaria & naturalia negligi oportere. Videri potius hunc inanem esse timorem, quem deponant Christiani, & veritatem ὑπὸ τοῖς μορμολυκείοις Græcorum latentem, detractis hisce laruis, rimentur. Neque Paulum simpliciter omnem Philosophiam reiecisse, sed eam, quæ homines abducat a Christo, & prouidentiam tollat. Conf. Analysis libri I. Strom. & liber II. Strom. ab initio. Multa alia, quæ, opponi solent, facili negotio solui possunt, si vsum ab abusu rite discreueris.

§. XXXVIII. Deniq; non omittendæ sunt, quas B. Clemens de studio Philosophiæ dedit, admonitiones & cautiones: quia abusus proh dolor! sæpe maior est, quam vsus Inter eas præcipua: est non nimis illi inhærendum, nec diutius sedendū apud ancillam, sed mature ad dominam reuertendum. In quo multi peccant, qui considentes apud famulam Philosophiam, nunquam ad herilem sapientiam perueniunt. Deinde, in Philosophia tantum vestigia quædam & elementa, in Christo omnes thesauros cœlestis sapientiæ esse absconditos: Quæ supra fusius fuerunt exposita ac declarata.

§. XXXIX. Hæc sunt, quæ ex Clemente Alexandrino impræsentiarum voluimus in medium proferre. Poterant quidē ea adhuc vberius tractari, sed instituti ratio & valetudo aduersa, quacum adhuc conflictamur, vela potius contrahenda suaserunt. Restant alia non minoris ponderis argumenta, quæ, si Deus vitam & vires concesserit, successu temporis excutientur.

S. D. G.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0064
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0065
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0066
DFG

MAgna olim fuit et litigiosa (a) disputatio, quam de cognitione humana habuerunt illi philosophi, quos a sectæ conditore Platonicos et a loco professionis Academicos dixerunt. Quemadmodum enim permulti cum Socrate et Platone in vtramque partem de multis disserebant, de aliis certum quiddam statuentes: ita successerunt postea, qui nihil omnino sciri, nihil plane cognosci ac percipi posse adfirmarent. Ab vtrisque autem discessisse progressu temporis dicuntur scholæ duæ: quarum vna in rebus quidem ipsis docuit inesse verum, at cognoscendi illius facultatem abiudicauit homini, quem tamen haud pauca concessit probabiliter scire posse; altera non modo verisimilem multarum rerum, sed aliquarum etiam certam dari scientiam pronuntiauit. Orta est ex hac sententiarum diuersitate celebratissima illa Academiæ veteris, mediæ ac nouæ denominatio: quarum hæc Carneadem Cyrenæum, illa Arcesilam Pitanæum, ista autem Platonem ipsum auctorem habuisse fertur. Equidem haud ignoro, nec Ciceroni satis in hac re conuenire cum Diogene Laertio, et ab vtroque rursus Sextum Empiricum quodam modo dissentire. Duplicem enim iste Academiam tantum in libris suis (b) nominat, veterem a Platone, ac nouam ab Arcesila institutam: quum apud Diogenem (c) et vetus Platonis, et media Arcesilai (sic enim ipsi et Clementi Alexandrino (d) dicitur, quem Arcesilam Tullius vocat) et noua Lacydis memoretur; Sextus (e) autem, præterquam quod nouæ principem Carneadem agnoscit, quartam etiam Philonis et quintam Antiochi ex aliorum mente addat. Sed mihi non iam est propositum scholarum in diuersa hoc modo abeuntium colligere numerum, neque controuersiarum, quæ sollicite in hoc argumento versanti-

(a) Vid. Cic. Quæst. Acad. Voss. de Sect. Phil. c. XI. seqq. et summe Reu. Buddei Hist. Phil. c. IV. §. 17. seqq.
(b) Acad. Quæst. l. I. c. 4. et 12.
(c) De Vitis Clar. Phil. procem. sect. 19. et l. IV. sect. 28. et 59.
(d) Strom. l. I. p. 301. et l. VII. p. 712. edit. Paris.
(e) Pyrrhon. Hypotyp. l. I. c. 33.

UB Rostock 05/4000 309
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880391871/phys_0067
DFG